Quid uobis nota ingero? Vexatio crebra ipsa uobis huius rei dabit intellectum, imo iam dedit, idq; frequenter. Crebro uos exercitatos inuenti in huiusmodi studijs. Nõ possum gloriari hos me genuisse, affect? in uobis, gaudeo tamen inuenisse uos in illis. Et si non hæc in uobis studia formaui, utinam in illis fouere uos possim. Et ipse custos sum: ideo iliam mihi sponsæ uocem sæpe replicatis. Num quem diligit anima mea, uidistis? O beata anima quam tam sancta desideria exercent. B Desideria dilectæ, dilectæ quæ nescit nisi de Christo rogare, quæ talem inuenta erumpit in uocem. Num quẽ diligit anima mea, uidistis? Denicq; sponsa est quæ talibus inuentur occupata scrutinijs. Inuenerunt me, inquit, custodes ciuitatis. Qui fidi & fallaces sunt, nihil tam refugiunt quàm ab his inueniri custodibus: & si deprehenduntur non facile conuincuntur. Caín factus est uagus & profugus super terram, inuenieri formidãs. Omnis, inquit, qui inueniret me, occidet me. Non uult peccatũ occidi, nõ uult pati salutarem in cõfessione uerecũdiã, medicinalẽ castigationem magistri. Non uult inueniri, quia non uult mori. Nam ubi non ueretur interfici, sed magis se fouerí confidit, impudẽter se iactat indisciplinatus affectus. Sed sponsa ultro se offert, lætæ sponsi occurrit sodalibus. Quid ni lætæ? Non inuenitur quasi fugiens ultorem, sed quærens amatorẽ. Inuenerunt me custodes, non sunt inuenti, sed inuenerunt. Diligentia ipsorum in hoc cõmendatur. Pigri custodes & male fideles nullam in hoc adhibẽt diligentiã, non eunt, non quærunt si quem inueuiant cauteriatã habentem conscientiã, signo amoris casti & studio quærendi prodentẽ dilectionis incendium. Non conueniunt subditos, & fortè moleſtum ducunt si compellantur ab ipsis. Non nisi interrogati proferunt uerbum solatij quidam, nec tunc quidem. Litera quod habet, in pagina tantum proponit, nil superadijciens uel induſtriæ uel diligentiæ. Alia est planè custodis ratio præuenire debet non tantum exponere, excitare magis quàm expectare quæsituros, quasi de specula super filios prospicere qui sit intelligens & requirens deum. Custos tuus sum, da mihi domine linguam eruditã ut sciam eum qui lapsus est sustentare de uerbo, & ad uerbum dirigere. Et quid aliud optat sponsa, cùm dicit? Num quem diligit anima mea, uidistis? Vides illam non tam fatigatã quàm excitatam studijs spiritalibus. Intellexisti pertinaciam eius in quærendo dilectum, uide nunc humilem prudentiam. Nescit custodes cõtemnere. Nec enim tutum arbitratur inconsultos præterire, quos scit diuici & conscios secreti, & nũcios mandati. Num quem diligit anima mea, uidistis? C Quid tamen sibi uult hæc interrogatio sub ambiguo posita? An in hoc admõere te uoluit ut non credas omni spiritui, sed probes si ex deo sit spiritus? Denicq; non omniũ est certum sponsi præstare indicium, qui custodis officiũ uel susceperũt uel arripuerũt. Multi enim sunt quorũ est oculus in uniuersa terra, & iuxta alterius loci prouerbiũ, in finib? terræ. Non est lumẽ eorũ cũ ipsis, nec possunt illud ultra terræ porrigere limitem, leuare ad cælum. Satis quidẽ fideles sunt & seduli, sed hucusq; ut terrena coaceruent, & terrena ceruent. Oculus, inquit, eorum in uniuersa terra. Inexplebilis auiditas in uniuersa terra se extendit, propterea terrenis incrassata mens curis, & illius mensæ seruiens qui perit cibi, cælestis epulæ nescit dispensare uiaticum, & de supernis theoriis aliquid serenũ temperare subiectis. Nam & si fortè qui tales sunt, de spiritalibus rogentur secretis planam fidei & morum respõdent sufficere uiam. In hoc sterilitatem solãtes suam uel ex tẽpore proprio auditatem alienam metientes. Languidus enim & remissus amor, culpabili quadã patientia non tam optat quem expectat futura bona. Qui uerò seruentior est, ardenti fertur desiderio, repositam plenitudinem furtim & ex parte deflorare tentans. Quia tales plurimos nouit sponsa custodes, quodã sub ambiguo interrogationem librat. Num quem diligit anima mea, uidistis? Sit prudens, sit fidelis, sit custos sedulus, & disciplinæ diligẽtia hostium coerceat irruptionẽ ab ouili. Non tamen statim sciet amatoria canere, & sponsi internuncius eius monstrare præsentiã, & in recessus secretos raptim admissus stillare de intima aliquid dulcedine. Valde enim est impari gratiæ, furtiua & fucata adulteri deprehendere lenocinia, & legitimos sponsi aduentus conciliare. Malorum quia frequens est experientia, facilis est notitia. Spiritualium uerò sensuum, quia rarus usus est, & exile iudicium, tenue satis est indicium de ipsis, nec possunt spiritualia nisi à spiritualibus diiudicari. Et ideo non possunt nisi à spiritualibus demonstrari, quales sunt de quibus legitur: quàm pulchri super montes pedes annunciantium pacem annunciantium bona. D Num quem diligit anima mea, uidistis? Nõ est una nec simplex nec uniformis uisio sponsi. Exultauit Abraham ut uideret diem eius: uidit, & gauisus est. Vidit Iacob dominum facie ad faciem, & salua facta est anima eius. Vidit Moyses, sed posteriora uidit. Vidit Esaias dominum sedentem super solium excelsum. Vidit Ezechiel. Vidit Daniel in boꝝ similitudine cùm nondum hominem suscepisset. Sed omnis ante incarnationem huiusmodi uisio in corporali mõstrata est specie, nõ in corporis humani ueritate. Viderũt apostoli in ipsa carnis ueritate. & palpauerunt & attrectauerunt. Vtriq; tamen intus fide deum uiderunt. Dictum est Philippo: Qui uidet me, uidet & patrem meũ. Quæ uisio, quia referatur ad fidem, quo adiunctum est declarat. Non credis quia ego in patre & pater in me est? Alioquin propter opera credite. Quæ enim cõsequentia ut ad probandũ q̃ patrem uiderit, inducat quia se uiderit, nisi quod in utroq; eam uolut uisionem intelligi quæ per fidem fit? Propterea & de credulitate consequenter adiũgit. Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Si enim habitat Cristus per fidem in cordibus nostris, & si ipsa corda nostra mundantur per fidem, cur non & in cordibus nostris uidetur per fidem? Superiorũ uerò uisionum, quarum altera facta est in imagine, altera in carne, utraq; plena est uel iucunditatis uel utilitatis, sed cum tertiæ quæ est per fidem seruatur integritas. Nã ut de uerbi apparitione quæ in carne erat loquar præter uitæ uerba quæ de ore eius procedebant quantum puta uirtutis insigne ĩ ipso exteriori renitebat habitu, quam manifesta eius quæ intus erat dabant indicia oculus, uox, uultus? Denicq; gestus omnis quomodo diuinam spirabat gratiã? Iucunda planè uisio illa, sed deum in homine credenti. Et quidem illa quæ prophetis & patribus ante Christi incarnationem facta est, diuinũ quiddam spirabat in apparente imagine, quantum mea se habet fides, inæstimabilem delectationem & menti & sensui infundebat cermẽtis, nec nisi quorum mundus erat animus, apparebat obtutibus. E Nam & post resurrectionẽ in ipsa carnis suæ ueritate non nisi testibus præordinatis à deo apparuisse legitur. Felices illi custodes, si quibus tamen apparet frequenter & familiariter talis uisio, præsertim illa quæ est in carnis iam glorificatæ aspectu, qualem eum Petrus & Ioannes uiderunt in monte transfiguratum, sed tamen & illa prior non uera, & ista non plena. Nam illa Moyses delectabiliter detentus, nõ tamen cõtentus, ostende mihi, inquit, teipsum. De altera nerò ipse dominus: Expedit uobis ut ego uadã alioquin paracletus non ueniet. Bona ergo uisio quam paracletus aduenienS induct: spiritalis est quia facta int? per spiritum. Denicq; & spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Visio hæc uel in reuelata spiritualiter ueritate per intelligentiam, uel in suauitate infusa per gratiã, Nam & hoc ipsum experiri uidere est. Gustatè, inquit, & uidete quoniam suauis est dominꝰ. Suauissima certè hæc uisio, & quãuis futurũ iuxta modũ nondum plena, uicina tamen uicina qualitate, non æqualitate. Visio hæc humano non est supposita ingenio, uel proposita studio, etsi aliquando desiderio gratis indulta. Denicq; non est talis quæ intelligẽtiæ concepta uiribus, cõtinuo tenore morã in animi memoria protelare queat. Subitanea est & sui

Exo.33.
Ioã.16.
Psal.33.

suiuris hæc uisio, in spiritu uehementi uadens & ueniens. Subitanea est & momentanea, repente ueniẽs, & repente uadẽs: & si momentanea est, manent tamen reliquiæ cogitationis tam succensæ, tam serenæ, & diem festum agunt in animo recordantis. Manet quidẽ memoria degustatæ & degustatæ uisionis. Cuius suauitatẽ q̃ gustare possunt eructare norunt, & hanc hac maxime. Eructat enim bonum uerbum cor recenti adhuc incalescens gratia, & feruida meditatio similes effundit sermones. Multum enim intimæ dulcedinis sapit in ꝓbis, & grauissimi sunt sermones qui de gratiarum ubertate prorumpunt. F Si custos es, scito quoniam talia te oporet præparare in occursum sponsæ. Vt quid occurris, si nihil dulce, nihil nouum nunciaturus ueniꝰ? Si noua non potes, uetera profer. Ingere nota, si noua non habes. Non tamen ingeritur quod exigitur. Non quæritur qualẽ uideris, sed si uideris. Sufficit nunciare qualem ipsa nouit. Augmentũ tamen affert gratiarum si noua annuncias. Denicq; quod non est uel ignotum uel insolitũ meditationi, sponsæ noua quadam gratia dulcescere solet. Non fastidit auditus, quando feruet auiditas, tantum de sponsa disputa, & noua protulisti in auribus sponsæ. Non suppetit tibi de illo excellenti & excedenti uisionis modo semper respõdere. Sublimis illa & subtilis est & subito præoccupare solet animum quem mundũ & exoccupatũ inuenerit. Subito præoccupat, sed nõ occupat diu. Subtilia ista non adsunt ad uotum, dulcia deducit in medium. Simplicis fidei capitula singula quodam dulci disputationis temperamento suauissimos gignunt in audiente mẽtis affectus & excessus. Delicata est sponsa, dulcia uult magis quàm fortia, uisi q̃ omnia potest in eo qui eam confortat sponsus. Narrẽt alij fabulationes, controuersias meditẽtur. Os tuum meditetur sapientiã, & lingua loquatur dulcias, qui sponsæ loquaris. Nam & illa tales uult qui de dilecto narrẽt & nũciẽt. Labia sacerdotum custodire debent sciẽtiam, ideo legem requirit ex ore eorũ, legem uidẽdi & inuenẽdi dilectum. Num quem diligit anima mea uidistis? De uisione illorũ se uisuram præsumit, ideo diligenter inuestigat custodum uisionem, eorum sperans alloquio uel in secretiora deduci, uel dulcioribus affici. Id est enim uidere quem diligit, dei sapientiam & uirtutem propensio affectu & pura concipere mente. Bene illum cõspicit, qui hoc utroq; concipit modo, purè cernens. & piè sentiens. Dulce puto susurrium quod inter sponsam custodesq; uertitur: & grata collatio, si tamen collatio. Nulla enim illorũ hic responsio memorarur. Secreta ualde est si qua est, quam alto tegendam putat silentio. Secretũ suum sibi. Secretũ suũ sibi. Nec audemus hic aliquid inde conijcere quod sponsa curauit reticere: cum eorum silentio claudamus nunc sermonem, prorogantes in crastinum sponæ transitum, quo se uigiles paululum pertansire dicit & inuenisse quẽ diligit anima mea.

Canti.3.
Esa.1.

Sermo. VII. A

IMprobi exactores estis, & nimis instanter repetitis debitorem uestrum: dignum tamen uenia est, dũmodo iusta postuletis. Sed uos exigitis ut soluam ad quod non me obligaui. Tractaturus eram de trauisitu sponsæ. Ad hoc enim & ordinis & sponsionis nostræ ratione tenemur: & uos adhuc mihi ingeritis illud eum sponsa. Num quem diligit anima mea, uidistis? Sed ille modestius interrogationem temperat ambigenti similis, quærens magis quàm urgens. Nouit enim nec omnibus nec omni tẽpore de hac uisione adesse sermonem. Ex quo enim abscondit uultũ suum, quis est qui contempletur eum? Vos autem urgetis me ut legem uobis ponam cõtemplandi dilectum, & disciplinã inuentionis huius & uisionis tradam. Quid ergo? Vultis ut muneris diuini largitatẽ, concludam sub regula? Visio hæc non est induſtriæ sed gratiæ reuelationis est, non inuestigationis. Si quid tamen ad hæc potest industria cooperari, illud primũ obseruate quod scribitur: Lauamini, mũdi estote. Secũdo ut scribatis sapientiam tempore otij. Qui enim minoratur actu, recipiet eam. Tertio ut uiolẽti sitis, & gaudiũ regni quod uobis diuti? surripiat præripiatis, id est ut habeatis cor purgatũ, paratũ, improbum. In primo efficieris dignus, in secundo deuotus, in tertio uehemens, hoc est idoneus: obuius, urgens. Idoneus gratiæ percipiendæ, obuius uenienti, urgens morãtem. In primo præpararis, in secundo assimilaris sponsæ expectanti dilectum quando reuertatur à nuptijs. In tertio properas, & sponsa non expectat sed properat, & ipsos præterit custodes. Dixissem melius si dixissem pertansit. Quod enim præterimus, non respicimus, non attingimus, sed cõtemnimus. Quod uerò pertransimus, intelligimus illud discutere & quasi disqrere & penetrare, nec inutilis hæc pertransitio. Paululum enim cùm pertransisset inuenit dilectum. Videtis fratres quid proficiat consultatio custodũ? Deuotã sed uagam aimã ad inuẽtionem dilecti perducit. Vtilis quidẽ cõsulatio: & frequẽter q̃d nõ confert eorũ qui consulũtur eruditio, consulentis meretur humilitas. Bonum est ut sis ad quærendũ sedulus, nõ tamẽ assiduus. Nam & sponsa non tam ex studio quàm occasione custodes interrogat, & id in trãsitu. Trahebat enim illã ulteri? amor dilecti, nec uacuum esse sinebat ex ocio cõferre cũ illis. Currebat in cordis siti hausto fortitam de spõsi uicinia spiritu, & ideo minus intẽdebat in his qui benedicebant ore, tẽdens ad illũ qui benedicit in spiritu qui est super oia benedictus in secula deus. B Aduertite istud uos qui in trãsitu oratis, & cum mora legitis, qui ad legendum feruetis, in orãdo tepetis, debet lectio orationi seruire, præparare affectũ, nõ horas præripere, nec succidere moras. Cũ legis, eruditis de Christo: orans erò familiare cum ipso feris colloquiũ. Et quãto suauioris est gratiæ cũ illo quàm de illo loquiꝰ Si quidã spiritualium detrimẽta sustinent uisitationũ propter orandi raritatẽ qui lectioni uehemẽtius uacant, qd dicemus de his quos aut in disciplinatæ collocutiones dissolouũt, uel anxiæ quæstiones scindũt? Denicq; monachorũ est nõ colloquiũ sed silẽtiũ, non quæstiones, sed quietem sectari. Aut si admittẽda est inquietudo, dilectionis esse debet, nõ contẽtionis. Habet enim amor sanctꝰ inquietudinẽ suã, sed qualẽ legis apud prophetã: Nõ tacebo & nõ quiescã, donec egrediatur ut splendor iustus, & saluator ut lampas accendatur. An nõ simile animi sui passionẽ intimat ista cùm dicit: Dulce puto susurrium quod inter sponsam custodesq; uertitur: & grata collatio, si tamen collatio. Nulla enim illorũ hic responsio memorarur. Secreta ualde est si qua est, quam alto tegendam putat silentio. Secretũ suum sibi. Secretũ suũ sibi. Nec audemus hic aliquid inde conijcere quod sponsa curauit reticere: cum eorum silentio claudamus nunc sermonem, prorogantes in crastinum sponæ transitum, quo se uigiles paululum pertansire dicit & inuenisse quẽ diligit anima mea.

Esa.62.
Cant.3.
Eccli.1.

Sermo. VII. A

IMprobi exactores estis, & nimis instanter repetitis debitorem uestrum: dignum tamen uenia est, dũmodo iusta postuletis. Sed uos exigitis ut soluam ad quod non me obligaui. Tractaturus eram de trauisitu sponsæ. Ad hoc enim & ordinis & sponsionis nostræ ratione tenemur: & uos adhuc mihi ingeritis illud eum sponsa. Num quem diligit anima mea, uidistis? Sed ille modestius interrogationem temperat ambigenti similis, quærens magis quàm urgens. Nouit enim nec omnibus nec omni tẽpore de hac uisione adesse sermonem. Ex quo enim abscondit uultũ suum, quis est qui contempletur eum? Vos autem urgetis me ut legem uobis ponam cõtemplandi dilectum, & disciplinã inuentionis huius & uisionis tradam. Quid ergo? Vultis ut muneris diuini largitatẽ, concludam sub regula? Visio hæc non est induſtriæ sed gratiæ reuelationis est, non inuestigationis. Si quid tamen ad hæc potest industria cooperari, illud primũ obseruate quod scribitur: Lauamini, mũdi estote. Secũdo ut scribatis sapientiam tempore otij. Qui enim minoratur actu, recipiet eam. Tertio ut uiolẽti sitis, & gaudiũ regni quod uobis diuti? surripiat præripiatis, id est ut habeatis cor purgatũ, paratũ, improbum. In primo efficieris dignus, in secundo deuotus, in tertio uehemens, hoc est idoneus: obuius, urgens. Idoneus gratiæ percipiendæ, obuius uenienti, urgens morãtem. In primo præpararis, in secundo assimilaris sponsæ expectanti dilectum quando reuertatur à nuptijs. In tertio properas, & sponsa non expectat sed properat, & ipsos præterit custodes. Dixissem melius si dixissem pertansit. Quod enim præterimus, non respicimus, non attingimus, sed cõtemnimus. Quod uerò pertransimus, intelligimus illud discutere & quasi disqrere & penetrare, nec inutilis hæc pertransitio. Paululum enim cùm pertransisset inuenit dilectum. Videtis fratres quid proficiat consultatio custodũ? Deuotã sed uagam aimã ad inuẽtionem dilecti perducit. Vtilis quidẽ cõsulatio: & frequẽter q̃d nõ confert eorũ qui consulũtur eruditio, consulentis meretur humilitas. Bonum est ut sis ad quærendũ sedulus, nõ tamẽ assiduus. Nam & sponsa non tam ex studio quàm occasione custodes interrogat, & id in trãsitu. Trahebat enim illã ulteri? amor dilecti, nec uacuum esse sinebat ex ocio cõferre cũ illis. Currebat in cordis siti hausto fortitam de spõsi uicinia spiritu, & ideo minus intẽdebat in his qui benedicebant ore, tẽdens ad illũ qui benedicit in spiritu qui est super oia benedictus in secula deus. B Aduertite istud uos qui in trãsitu oratis, & cum mora legitis, qui ad legendum feruetis, in orãdo tepetis, debet lectio orationi seruire, præparare affectũ, nõ horas præripere, nec succidere moras. Cũ legis, eruditis de Christo: orans erò familiare cum ipso feris colloquiũ. Et quãto suauioris est gratiæ cũ illo quàm de illo loquiꝰ Si quidã spiritualium detrimẽta sustinent uisitationũ propter orandi raritatẽ qui lectioni uehemẽtius uacant, qd dicemus de his quos aut in disciplinatæ collocutiones dissolouũt, uel anxiæ quæstiones scindũt? Denicq; monachorũ est nõ colloquiũ sed silẽtiũ, non quæstiones, sed quietem sectari. Aut si admittẽda est inquietudo, dilectionis esse debet, nõ contẽtionis. Habet enim amor sanctꝰ inquietudinẽ suã, sed qualẽ legis apud prophetã: Nõ tacebo & nõ quiescã, donec egrediatur ut splendor iustus, & saluator ut lampas accendatur. An nõ simile animi sui passionẽ intimat ista cùm dicit: Dulce puto susurrium quod inter sponsam custodesq; uertitur: & grata collatio, si tamen collatio. Nulla enim illorũ hic responsio memorarur. Secreta ualde est si qua est, quam alto tegendam putat silentio. Secretũ suum sibi. Secretũ suũ sibi. Nec audemus hic aliquid inde conijcere quod sponsa curauit reticere: cum eorum silentio claudamus nunc sermonem, prorogantes in crastinum sponæ transitum, quo se uigiles paululum pertansire dicit & inuenisse quẽ diligit anima mea.

Esa.62.
Cant.3.
Eccli.1.
Eccl.24.

ad me, non pertrãsire. Quonã enim modo pertrãsiri potest, quod immensum est? Mensura bona & coagitata & cõferta & superefluens dabitur, inquit, in sinum uestrũ. Vobis immesitas dispensat in mensura. Nam in se immẽsa est. Non, ait, replẽs sed superefluens. Si ergo mẽsura capi non potest, immẽsitas ipsa quando capietur? Quo pacto pertrãsiri poterit, quod nec capi plenè põt? Denicq; nec sponsa pertrãsire uult, sed dicit: Tenui, nec dimittam illũ.

Luce.6.

Canti.3.

Paululũ cùm pertrãsissem illos, inueni quẽ diligit anima mea. Fortè propinqui erãt spõso uigiles hi quos cũ paululũ pertrãsisset inuenit dilectũ. Quod si iuxta diuinã eius accipimus dici naturã, qs creatorũ spirituũ ad immẽsitatẽ & maiestatẽ illam proximè accedit? Nam etsi similitudo inesse intelligit, lõge tamen inferior & dissimilis dignoscitur. Non est enim dñe quis similis tui. Proximitate fortè ergo hãc quam excludit cõditio: cognitio admittit. Sed quis audeat abyssum illam diuinæ sapiẽtiæ cuius non est numerus ingenio, creati spiritus perceptibilẽ diffinire?

Psal.44.

1.Tim.6.

Lucem (inquit apostolus) habitat inaccessibilẽ. Lux ista nobis inaccessibilis est, sed nos nõ sumus inaccessibiles illi. Propter quod dicit: Prope feci iustitiã meam, & salus mea non elõgabit. Prope facta est, quia incarnata: proximior, quia reuelata: magis autem proximè facta, quia donata. Prope facta est iustitia dei patris Christus Iesus carnis nostræ susceptione, sed gemino hominũ genus omne excessit priuilegio, quantũ spectat ad humanæ naturæ statum, æquitate, & integritate: quia præter illũ nemo mundus à sorde, nemo immunis à corruptiõe. Dotat? est ergo duplici hoc munere, p̃cessitq; participes suos. Itaq; & reliquos omnes fides tua pertrãseat, ut in illo solo perpendas æquitatem iustitiæ, & integritatẽ consimilis naturæ. Sed tamen paululũ pertrãsi: qm̃ sicut nos longe excedit iustitia & incorruptiõe, sic prope factus est naturæ induisse rentis cõditione. Nesciẽrũt Iudæi in illius existimatione pertrãsire Moysen, pertrãsire Abrahã. ptrãsire reliquos uel patriarchas uel prophetas: qui illum sicut unum de reliquis æstimabãt, nec aliquid habere gratiæ præcellẽtis.

Ioan.8.

Denicq; dcebãt: Abrahã & prophetæ mortui sunt, & tu dicis: Qui manducat meã carnẽ non morietur in æternũ? Quem teipsum facis? Noluerũt Ioannem pertrãsire, sed dicebãt: quia Ioannes ipse est Christus. Non passus est tamen res in se remanere Ioannes, sed opinionem infidelitẽ præsumptam à se auertit. Non sum ego, inquit, Christus, medius autem uestrũ stat, quem uos nescitis. Nescit synagoga pertransire sed ad cæterorũ mensuram æstimauit illũ, & quasi blasphemiã opponebat ei, quia cũ homo esset se faceret deũ. Sed ecclesiæ pertrãsiuit fides, & inuenit illũ unctum oleo letitiæ præ cõsortibus suis. E quàm uberi unctus erat oleo, de cui? plenitudine omniũ nostrũ infudit uulneribus. D Nos enim sumus saucius ille qui descendit in Hierico, qui incidit in latrones, qui expoliatus est & uulneratus est, & semiuiuus relictus. Pertransierunt plurimi, & nullus erat qui saluaret. Pertransiit magnus ille patriarcha Abraham: non enim erat ille iustificans, sed tantũ iustificatus in fide futuri. Pertransiit Moyses: non enim erat gratiæ dator, sed legislator, & eius legis quæ neminem ducit ad perfectum. Nec enim ex lege iustitia. Pertransiit Aaron. Pertrãsiit sacerdos & eisdem hostijs, quas indesinẽter offerebat, nec poterat mundare cõscientiam ab operib? mortuis ad seruiendũ deo uiuẽti. Pertrãsiit patriarcha, & pontifex, & propheta arido tam animo quàm opere, imo & illi in hoc saucio saucũ erant.

Luce.10.

Solus ille samaritanus uerus uiso illo misericordia motus est, sicut misericordia totus est & infudit oleum uulneribus, seipsum cordibus, mundãs per fidem corda omniũ. Ideo ecclesiæ fides omnes pertransit, pertingens ad illum qui solus illã pertransire nõ poterat, impones in lumentum suum, & factus est ipse lumentũ. Et paululũ pertrãsit ut inueniat illum, quẽm sic credit exortum corruptionis, ut cõsortem prædicet cõditiõis. Sic illũ habet principem gratiæ, ut cõfiteatur participem naturæ. Q; si & cælestes illos angelicos spiritus cõtuitu sanctissimæ quam sortitus est animæ, ipsum supereminere dicamus, non erit à fide alienum, sed omnino cõgruũ dignitati eius personæ. Et enim si minoratus est paulo minus ab angelis propter partem qua indutus est carnẽ, par tamen est illis fm̃ substãtiã spiritualẽ, & superior fm̃ prærogatiuam uirtualem. E Et hos ergo sponsa pertransiuit anima. Nam & illi custodes tui & curatores tui sunt qui dicũt in propheta: Curauimus Babylonẽ, & nõ est sanata. Hos inquã pertrãsi, & in dilecto tuo priuilegũ singularis dotes cõtemplare. Illi administratorẽ spũs: nõ operari salutis. Ipse uerò magni cõsilij angelus, qui operatus est salutem in medio terræ. Propter quod & deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen quod est super omne nomẽ. Iucunda contemplatio in cælesti familia cõtueri essentiæ simplicitatem, serenitatem mentis, & mutui suauitem amoris. Iucunda contemplatio contueri perpetuitatẽ existentiæ, puritatem intelligentiæ, scientiæ profunditatẽ: tum etiam humilitatem in obedientia, tranquillitatẽ in diligentia, facultatem in efficacia Omnes tamen pertransi, & intuere quantus sit iste qui ingreditur ad saluandas gẽtes. Quem ingredientem in orbem terræ angelicæ laudes inducunt, & triumphaliter regredientem cum admirationis cantico dicunt: Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de bosra? Iste formosus in stola, utq; carnis suæ. Iure quidem formosus in stola sua, quæ sine commistione concepta & de uirgine nata est, & ab omni non modo corruptione, sed etiã corruptionis fomite immunis conseruata est, & in sepulchro dissoluta non est, & die tertia resuscitata, quadragesima in cælum assumpta, omni die, quod super omnia mirãdum & amandũ, in salutis cibum credentibus proposita. Quis non ad singula ista miretur amanter & dicat: Quis est iste tam formosus in sua stola? Cucurristi per hæc omnia admiratiõis genera, imo stupidus per singula subsististi & ecce denuo noua tibi admirationis materia inde exurgit. Satis in illis exercitatus fueris, hic iterũ ad stupendũ excitaris, quasi illud tibi dicat propheta: Ne meminẽris priorũ, noua ego facio. F Quid magis nouum quàm q; in mysterio dñici corporis mutatur materies, & species seruatur? Pristina manet forma, sed noua gratia quia noua substantia. Noua quidem nõ in se, sed in hmõi specie. Nonum planè q; carnis dñicæ substantia in aliena specie sumpta sanctificationis uirtutem animæ confert, & spiritualẽ emundat substantiam in mysterio altaris immaculata caro. Nouum quidem, & supra reliquorũ usum sacramentorũ, q; nõ modo sanctificationis noua gratia datur, sed substantia naturalis mutatur. Nam per sacramenti benedictionẽ accipit oblatus panis hanc ineffabilẽ mutationem, & ex mystica cõsecratione & uerbi uiuẽtis copulatione hæc uiuificatrix gratia in carne Christi redũdat. Caro enim nõ prodest quicquã, sed spiritus est qui uiuificat, sacrosanctæ carni cõferens in solẽni sacramento spiritualem efficaciã ad uiuificãdos tanti participes mysterij. Formosus ergo in stola, hoc est in carne sua, sed multo formosior in assumpto spiritu: qui utique carne præstãtior, quia uerbo uicinior. Et in hoc spiritu unctum eum intelligẽ præ cõsortibus suis, id est nõ modo præ filijs hoim, sed etiam præ angelorum agminibus. Quid ni unctus sit præ illis oleo gratiæ, qui nõ sicut alij participatione, sed personali unione uberrimæ illi cõsert? est oliuæ, ex qua unctio omnis emanat? An nõ tibi uelut oliua uidetur ueritas & uerbũ dei, cuius unctio docet nos de omnibus, cuius mollisti sunt sermones super oleum, cuius unguẽtum effusum nomen est? Huic oliuæ personali unione consertus, conditionis non corruptionis nostræ oleaster (ut sic dicam) & pinguedinis illius factus particeps. G Quid luminis quid dulcedinis, quid suauitatis, quid omnimodæ uirtutis acceperit, operum eius iudicia loquũtur, nisi q; longè excellebat quod sensit in spiritu, quàm quod expressit in actu. Denicq; ad omnia uirtutis iudicia dicere potes: oleum effusum nomen tuũ, abs q; eo quod intrinsecus latet.

Nec enim

Hier.51.

Esai.34.

2.Cor.3

Nec enim cõsentaneum est: ut quodlibet mirificũ foris animæ opus illius uirtutes exæquet. Nõ possum dñe quæ in prospectu sunt omnia opera tua comprehendere. Confortata enim sunt, & nequæo æstimare illa: & eam quæ intrin secus latet, quonam modo experiar gratiã? Oculus nõ uidit beatissima anima Christi præter te munera quæ diuinitus collata sunt mihi. Ideo angelici spiritus deficientes in comprehensione, non desinunt ab admiratione: & quasi nesciẽtes sed stupentes in laudẽ supra positam erumpunt.

Esai.63.

Quis est iste sic formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Hanc considerans prærogatiuam uirtutũ in dilecto, iure spõsa custodes se pertrasisse dicit, & paululũ pertransisse: quia sic in eo singularem miratur gratiã, ut tamen cõmunẽ cõstituat naturã, beatamq; illam Christi animã esse cum reliquis eiusdẽ quidẽ generis, sed discretis excellẽtisq; uirtutis. Parabam adhuc alium uobis explicare trãsitũ, sed quod materia opportunè suggerit uel magis exigit, sermo refugit iam urgens ad exitum. Nos interim ad quod uenimus, in eo permanemus, quatenus ex hoc gradu, cum ocium dabitur, ad altiora trãseamus mystererią sponsi ecclesiæ Iesu Christi: qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo VIII. A

PErtrãsisti ô sponsa dñi custodes tuos, consortes & participes suos, consortes naturæ, participes gratiæ. Pertransisti illos, & pueniisti ad dilectum. Quidni illos pertranseas, qui & ipsi pertransirent quasi fumus nisi in dilecto suo starent? Inuenisti dilectum, & inuenisti illum unctum oleo spiritus præ consortibus suis. Perpendisti in illo uirtutum priuilegia quædam in cõsimili natura. Inuenisti sanctam eius animã quædam habere dona singulariter, quædam excellenter. Ideo pertransisti illos, quia illum prætulisti: & paululum pertrãsisse te dicis, quia cõsideratio tua in hac prælatione nõdum recessit à generis eiusdẽ cõmunione. Sed nũquid hic subsistes? In ulteriora & altiora ex hoc gradu urgẽda

Sapi.8.

est profectio, pertingendum in finem. Sapiẽtia enim attingit à fine in finem. Denicq; & hæreticus ut superiorẽ dilecto tuo gradũ conferat, hunc tollit. Tantũ carnem uerbo copulat in Christo, animam negat, aut si hanc non audet

Ioã.10.

(propter eiusdẽ ipsius Christi testimoniũ dicẽtis: Nemo tollit à me animã meã, sed ego pono eam, & iterum sumo eam) animã, sensificantẽ donat, sed ratiocinantẽ tollit spiritum. Correxit in parte errorẽ, sed non potuit logius ab Aegytis recedere tenebris. Non potuit triduũ iter confecere. Ecclesiæ fides humanitatẽ nec solã cõstituit in Christo, nec dimidiã. Vtrãq; naturã collocat in Christo. Et qa diuina simplex est & distinctione carens, in hoïe triplicem illã quam ponit apostolus distinctionẽ fatetur, id est integrũ corpus & animam & spiritum. Alioquin non hominẽ quem reformaturus in se fuerat suscepit. Denicq; & rationalis animæ pars humanæ, indiguit mediatoris remedio, quia ignorãtiæ fuscata nubilo, & cõcupiscentiæ succensa

Lucæ.3.

iguiculo, utrãq; naturã, id est humanã & diuinã integram fatetur in Christo ecclesia eius, & sicut euangelica mulier in satis tribus humanæ farinæ diuinæ sapiẽtiæ fermentũ recõdit. B Sed quid? Indigebat rationali spiritu Christi?

Ioan.1.

uerbũ ipse patris & sapiẽtia & ueritas? Nec quod lateret ipsum aliq̃d esse poterat, sed ipse illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Qua ergo cõsequentia creato & illuminato indigeret lumen creans & illuminãs? Nulla planè. Ille non indiget, sed mea est hæc indigentia. Ratio hæc est meæ cæcitatis, non claritatis illius: non assumẽtis uerbi, sed assumpti spiritus. Ego idigebã ut & hæc naturæ meæ pars uerbo uniretur, & sic clarificatæ in deo portionis merita in uniuersos per fidẽ refluerent. Omnes nos mediante cõsubstantiali nostro reformamur in Christo accedentes per fidem ad ipsum. Et ideo totum oportebat assumi, ut gratia refunderetur in totũ, quia corruptio fermẽtauerat totum. Manent ergo in una persona naturæ geminæ sicut integræ, sic & impermistæ. Diuina enim in conuertibilis & incõmutabilis est, nec potest conuerti in aliam, nec in se sinit aliam conuerti. Non ualet in aliam ex se deficere. Defectus siquidẽ illi foret omnis mutatio: nec magis in illam alia proficere potest. Non commutare sed cõunicare illam possumus, utendo certè, non existendo. Manet itaq; naturis istis sua cuiq; tam integritas quàm proprietas. Cõsequẽter etiam competẽtes his comprehẽsiones & affectus & contemplationes & beatitudines impermixtæ sunt, & distinctæ & differentes, & numerabiles sine numero personæ. Nam qs assereret beatissimã Christi animam aut nihil sentire penitus dulcedinis & gaudij, aut iterum gustum intimum illi permittere suauitatis & saporis, & beatitudinis illius qua beatissima perfruitur trinitas? Maioris siquidem est excellentiæ esse illud uitale bonum quàm participare, longeq; expressior est experiẽtia & domestica magis in essentia quàm in usu ipsius. Esse utiq; idipsum uti est, non tamẽ usus essentiam cõfert. Quomodo ergo essentia perfruitione sola nõ potior quia proximior? Deinde licet anima hæc in uerbo omnia uidet & ipsum uerbum in uerbo uidet, tamen quia admissa non est in societatem essentiæ, nec admitti potest in æqualitatem notitiæ. Nam hoc ipsum essentialiter deum esse, & sapiẽtiã esse, & summam bonitatẽ esse, & uirtutẽ summam & solã & sempiteruã, quid habeat delectationis & gaudij, cui dabimus nosse, nisi cui datũ est & esse? Verbum ergo patris tanto magis intimè & sycerè & simpliciter seipsum nouit, & uniuersa per seipsum, quanto meliore utitur priuilegio essentialis unitas quàm unio personalis. C Hæc ad hoc replicamus, ad discernẽdas scilicet unius Iesu Christi uirtutes, p gemina in Christo natura, id est uerbi essentialiter ex parte nati & spiritus ex parte creati: maximè propter illos qui de unitate personæ æqualitatem uel magis unitatẽ inducũt, & uirtutis & sciẽtiæ. Qui tamen cùm omnia dicant aiam habere per gratiã, quæ habet uerbum per naturã: ipsi uidentur quasdã distantias & gradus (ut sic dicam) inducere per distinctionẽ nominũ istorũ, id est naturãs gratiã. Quantum illi denegant, cui hoc ipsum nõ dant per naturam habere uel nosse? Nam etsi anima Iesu uerbo unita excellenter & ip gratiã illuminata sit, nũquid & illud habere dicetur ex gratia, ut naturaliter & essentialiter, & simpliciter lumẽ sit, & illuminãs sit? Aut quonam modo erit naturæ quàm gratiæ notitia præstãtior, si non expressior? At illud adducũt quod legit & uerissimẽ legitur: quia omnis sapiẽtia à dño deo est, & cũ illo fuit semp

Eccle.1.

& est ante æuum. Si omnis sapiẽtia à deo, & cum illo est, & ante æuum: ergo quomõ multæ sapiẽtiæ sunt cum illa quæ à deo est, & illi cæterna est, quia cum illo ante æuum est? Nõ multæ nec uariæ & diuersæ sapiẽtiæ, sed una sola & inuariabilis est. Quæstio hæc nõ iã circa unam dñi Iesu solã restringitur animam, sed se dilatat ad oẽs quæ alicui? sunt participes sapiẽtiæ, ut similiter quæri possit an oẽs unam habeant cum uerbo dei sapiẽtiam, imo an omnes aliã nõ habeãt quàm ipsum dei uerbũ sapiẽtiã. Quod si ita est, una iam & indiuisa erit omnium sapiẽtia. Et qua ratione dicitur omnis, si nõ, nisi una est? Quid si ideo numerosè dicitur, nõ quia in se numerabilis sit, sed propter numerositatem habentium eam. Nam & una dicitur fides propter unam rem creditã, cùm tamẽ cuiq; sit sua. Quare ergo una res nõ dicatur numerosè, cũ multæ singulariter dicãtur? D Denicq; & multæ sciẽtiæ & multæ uolũtates eiusdẽ personæ dicuntur & eodem tempore propter multitudinem rerum quam uel scit uel uult etiã simul. Ad res ergo scitas, respicientes, non ad ipsius mentis uim qua qsq; scit omne quod scit, & uius multas, & multorũ dicimus unam scientiam. Cum itaq; dicitur, omnis sapiẽtia à dño deo est, nisi officit ad astruendam unitatem sapiẽtiæ, quia hoc non ad ipsam sed ad illa quæ sciuntur per ipsam, refertur: quod dicitur omnis. Nec q; enim, quia multa sunt quæ illuminantur ut uideri possint, aut multi uideri possint: ideo multiplex lumen est quod & uisa illuminat, & uidentibus lucet. Quid ergo? Dicemus umã & eandẽ esse scien

tiam animæ Iesu cum uerbo, imo omniũ rationalium spirituum & inter se, & cum dei uerbo unam esse sapientiam, quia dei uerbum. Iam ergo de sola anima Iesu non erit hæc disceptatio. Et nullus iam erit nobis exitus ad tuendam superius positam diuersitatem scientiæ inter uerbũ & animam Iesu: & quomodo patebit exitus, cum hoc modo omnium una conuincatur sapientia, quia unum lumen quod illuminat omnes. An fortè quia diuerso modo illuminatio, sit etiam diuersæ inter se illuminationes sunt, & ab eo per quod fiunt lumine differunt: ita etiam in animis rationalibus & diuinitus illuminatis, & lumen quo illuminantur, & ipsa illuminatio quæ per lumen fit, ab invicem discernentur. Nam illuminatio quidem fit in illuminato, & ex tempore fit: lumen autem ipsum non fit, sed est, & ex æterno est. Hoc modo in una mente quis neget multas scientias esse, in qua intelligit multas cõprehẽsiones esse, quãuis una sit mentis uis quæ comprehendit & uidet: & unũ lumen illuminãs, ut comprehẽdere & uidere queat. Hæc ergo distinguẽda sunt diligenter, lumen, & illuminatio quæ per lumen fit in animo intelligentis. E Nam hoc ipsum intelligere, & illuminari & scire est. Quis itaq; non uideat quãuis nisi subtilissime nõ discernat propter nonnullã similitudinẽ. Quis, inquã, non uideat differre inter se lumen per quod illuminatio fit, & illuminationem quæ per lumen fit in quouis illuminato. Alterũ em̃ creatũ est, alterũ creãs: alterum illuminatũ, alterũ illuminãs. Nec potest essentialiter esse eadẽ sapientia quæ fit per gratiã, cum illa quæ per naturã existit: illa quæ fit in tempore, cum illa quæ nata est ab æternitate. Si hoc distinxisti in dilecto ô sponsa, & ab his quæ iuxta statũ humanæ substantiæ in illo sunt uirtutes, ad uerbi pertrãsisti diuitias, tunc iure & excellenter dicere potes: Paululũ cùm pertransissem illos inueni quẽ diligit aĩa mea. Sed quomodo aptabimus illud quod ponitur scilicet paululũ? Inæstimabiliter prærogat omni creaturæ diuina maiestas, & quasi uicina & familiaris sit. dicis cùm pertransissem illos paululũ, inueni quem diligit aĩa mea? Deniq; chaos magnũ firmatum est inter nostrã & ipsius naturã. Quale quæris chaos? Vtiq; inanitatis nostræ. Omnes gentes (ait propheta) quasi nõ sint: sic sunt coram eo, & quasi nihil & inanæ reputatæ sunt ei. Iure inanis reputatur nostra substãtia, in cuius assumptione exinanisse se dicitur illa plenitudo. Quæ ergo poterint assignari conuenientia & uicinitas inanis cum solido, nihil cum immenso? Qua ergo ratione dicit: paululum cũ pertransissem illos, inueni quẽ diligit anima mea. An fortè pennigera est charitas, & præpeti uolatu ardentis desiderij interlacens hoc de quo loquimur præteruolat uacuum? Vtiq; sic assentior. Nam amare iam tenere est, & iam assimilari & uniri est. Quidni, cum deus charitas sit? F Sed aliam hic ego paro rationem. Post rationalis contemplationẽ naturæ sursum ascendenti, primo se statim gradu diuina offert & occurrit natura, nullusq; alterius præstãtioris naturæ interponitur distinctio. Non essi inter imaginem & ueritatẽ medium assignari quid potest superius uno, inferius altero. Quod enim ueritas nõ est, quomodo proximus accedit ad eam quã ut, ipsi? simulachrũ & character sit? In quo ergo attenditur in rationali spiritu ea quæ ad diuinã est naturã imago? Primo quidẽ loco, quia est ueritatis & iustitiæ capax. Secũdo si capiat illas, & fiat uerus & iustus per gratiã, quod deus est per naturã. Tria hic mihi distincta sunt, id est capacem esse boni summi, ipsum habere, & esse ipsum. Imago attenditur in primo, si militudo in secundo, ueritas in tertio. Primũ cõmune est omniũ intellectualiũ spirituũ. Secundum electorũ tatum. Tertium solius creati spiritus. In primo prope accedimus. In secũdo proximè, Tertium ipse est. Prope accedim? per aptitudinẽ, proximè per coaptationẽ. Prope per naturæ primæua, proximè per uirtutis priuilegia. Prope, quia capaces: proximè, quia capientes. Quonã enim modo non de uicino accedit immortalitas ad immutabilitatẽ, in corporalitas ad simplicitatẽ, illocalitas ad immensitatẽ, ratio ad ueritatem, uirtus ad bonitatẽ? Et ut expressius loquar, quid esse uicinius & similius potest quàm sapientia sapiẽtiæ? iustitia iustitiæ? quàm illuminata illuminantis? iustificanti iustificatæ? Quid similius alij quàm causatiuum causæ, formatum formæ? Nam in formato ferè nihil aliud attenditur quàm forma. G Deniq; & quod dulce est, super omnia simile uidetur dulcedini: & quod lucidum est, luci. Itaq; proximum non iniustè uidetur quod illi tanta æmulatione componitur: proximũ, quia nihil interponitur. Nam & si finitum nostrum incomparabiliter excedit dies immensitatis, infinitas imaginis, tamen ad ueritatem nonnulla dignoscitur esse affinitas. Iure ergo dicit. Paululum cùm pertransissem illos, inueni quem diligit anima mea. O quàm felix, quàm lætus prouentus, tam longi circumitus. Beati gradus illi per quos in talem euaditur terminum. Quæsiuit in lectulo, circũsiuit ciuitatem, interrogauit custodes. Primo loco quærit per se & penes se. Secũdo extra se, sed per se. Tertio uerò nec per se nec penes se. Et hoc loco quanto humili? quærit tanto quidẽ efficacius, quantoq; à sui confidentia longius recessit, tanto reperit citius. Inueni, inquit, inueni illũ, qui me prior quasi ouem errantem & quasi dragmam perditam quæsiuit & inuenit, & misericordia eis? præuenit me. Me, inquã, prior inuenit perditam, præsentem nihil meritã. Inuenit errantẽ, præuenit desperantem, inuenit differentem, præuenit diffidentem: inuenit qualis essem mihi indicãs, præuenit ad sua me reuocans: uagam inuenit in erroribus, uacuam gratiæ præuenit muneribꝰ. Inuenit ut nõ ego ipsum sed ipse me eligeret, præuenit ut prior diligeret. Sic ergo electa & dilecta, quæsita & acquisita, inuenta & præuenta, quomodo non fm uires conat? & supra uires affectu illum & diligam & quæram? Quæram quærã donec uoti compos uocem lætitiæ proferã: Inueni quem diligit anima mea. Ego inuentionem hic ad ueritatis & gratiæ non refero initium sed augmentum. Pergens enim & proficiens anima de uirtute in uirtutem, de ueritate in ueritatẽ dum ubiq; nouis informatur mysteriis & infunditur gaudijs per singulos profectum gradus, dicere potest: Inueni quem diligit anima mea. Verbum patris Christum Iesum, qui est super oĩa benedictus in secula seculorum, Amen.

Canti.3.

Canti.3.

Sermo IX. A

Tenui illum nec dimittam. Ego huius capituli sensum ad futuram uoluí tantum felicitatem referre, quando sponsus dilectæ manifestam præsentiæ suæ exhibebit plenitudinem, ut nihil sit quod interrumpat perpetuitatẽ. Nam & quod præmittitur: Cùm pertransissem illos, nõ incõgruè ad id refertur, cùm euacuauerit omnem principatũ & potestatem, ut sit deus omnia in omnibus. Ante illud enim tempus quis ex sentẽtia dicere potest, non dimittã illum? Sed hunc arctat & euertit intellectũ, & ad præsens facit referri, illud quod sequitur: Donec introducam illum in domũ matris meæ. Sed iam uigilanter singula consideremus. Primò considera quàm sint lætitiæ plena hæc uerba: Inueni, inquit, tenui nec dimittam. Magnus ille patriarcha Abraham legitur uidisse dominum, non inuenisse. Apparuit enim ei ultro stanti in ostio tabernaculi ad meridiem. Deniq; egressus de tabernaculo, obuius, sedulus sub ilice exhibuit officium, in tabernaculũ uerò introducere nõ meruit, nedum in cubiculum. Vidit & Moyses apparentem sibi in Oreb dominũ, sed tenere non meruit, qui nec permissus est propius accedere. Vidit Iacob dominũ, sed uidit in somnis, & delonge scalæ innixum. Nam & si apprehendit angelum, non tamen retinuit, sed quadam luctæ uiolentia benedictionis extorsit gratiam, amisit præsentiam. & idcirco dicere nõ potuit, non dimittam illum, Inuenit illũ Maria magdalenæ, sed prohibita est, non dico tenere, sed etiam tangere, quia penes monumentum uitam quæsiuit. Suscepit diu expectatũ, & insperato inuentũ senex ille Symeon in ulnas suas, & gratulationis lætus erupit in canticum, sed uocis huius usum sibi non præsumpsit. Non dimittam

Canti.3.

Gen. 18.

Exo.33.

Gen.28.

Ioã.20.

Luce .2.

illum

illum. Deniq; sic ait. B Nunc dimittis seruum tuum domine fm uerbum tuum in pace. Vtiq; in pace dimittitur solutus & sequestratus à carne: ut nõ amplius cõcupiscat aduersus spiritum, & illi repugnet. Ille ad nouí amplexum pueri, senescentis deposuit hominis uetustatem, & in trãquillitatem statum à corporis corruptibilis pœna, & carnis pugna dimitti se uel postulat uel exultat. Sponsa uerò dilectum à se non dimittendum præsumit. Et quanto præcellentis est gratiæ non dimittere quod ames, quàm euadere quod horreas? Omnes hi etsi in carne uel carnis specie uiderint, quosdam uel uisionis uel apprehensionis gradus distinguunt humanis in mentibus. Quod nulli corũ indultum legimus, ista usurpat, cuius tentauimus euentilare sermones. Inueni, tenui, nec dimittam. Inueni per aspirationem, tenui memoriæ retractatione, non dimittam cõtinuatione fugi. Tenui illum, & tu cum inueueris Christum, cùm inueneris sapientiam, cùm inueneris iustitiam, sanctitatem, redemptionem: hæc omnia enim nobis factꝰ est Christus. Cùm ista inueneris, tene affectu, tene studio. Quòd intelligentia inueneris, diligẽtia tene, & retine (ut sic dicam) renitentes uirtutes, & lubricas species arctiori tibi astringe amplexu, donec uice uersa ultro tibi inhærent, & amplexentur te gratis, & sine studij tui labore tenent, nec sinant uel longius abscedere, uel diutius abesse. Et si quando declinas ad officia humanæ necessitatis, ibi te insecentur & reuocent, & arripiant ad se, ut ubi non possint assiduò studium, semper habeant obligatum affectum. C Nã nonnulla mihi uidet distinctio, an tu teneas Christũ dei uirtutẽ & sapientiã, an tenearis ab ipso. Ama, inquit, sapientiã & amplexabiẽ te. Deniq; & de quibusdam dicitur, q̃ tenuit eos superbia. Quid est tenuit, nisi irretiuit & ĩplicauit, & inolitæ cõsuetudinis in dissolubili obligauit uinculo? Hoc em̃ est quod sequitur: Operti sunt iniqtate & impietate sua, ut nõ facilè euoluere & explicare ab illa se possint. Et ut ampliꝰ dicã, q̃ũ cute q̃dã, sic aliqui praua operti & inuoluti sunt cõsuetudine uitiorũ, ut illã dediscere & desuescere, nõ tam expoliari sit, quàm excoriari. In cuius rei indictũ, fortè institutio legis cõtinet hostiæ pellem abstrahi. Nam è regione q̃ strictæ lacerdos induí iubetur linea, ueritatis te uuit illius quæ de terra orta est habitu arctius astringi, ut per se castimoniæ & puritatis & innocẽtiæ tibi uirtus inhæreat, & agglutinetur tibi: sed & omnia sacerdotis indumenta uel catenulis uel baltheis uel uittis astricta & colligata sibi uult esse lex: & cum induueris dominum nostrũ Iesum Christũ, cùm te induueris uiscera misericordiæ, benignitatem, charitatem, & reliquas quas apud apostolum legis uirtutes, cùm Christi te fide memoriter uestieris, & contemplandæ ueritatis inuiseraueris affectum, omnia tibi coaptentur & cohærent, constricta sint, nihilq; circa te uagari & fluctuare possit, & tentationis uel dissolutionis uento follicare, qui se tali uirtutis uestierit habitu, ut ei in naturam uersa uideantur, non ego hunc tam tenere quàm teneri dixerim. Tenuisti, inquit, manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me. Tenuisti ne pergerem in defectum, deduxisti in multiplicem profectum. In uoluntate tua deduxisti me, id est in uoluntate quæ à te est, & quæ fm te est. In uoluntate quæ magis trahens quàm tracta est. Nam & bonã uoluntatẽ cum multo labore nonnunquã attrahere nitimur, & magis prosequimur quasi fugientẽ: quàm seqũtur ducentẽ. Sic enim legitur. Cõcupiui desiderare. Bona talis uoluntas, sed nondũ placẽs. Iusta, sed nondum iucunda. In uoluntate tua deduxisti me. In illa quæ blando constat bonĩ ipsius gustu. Nec tantũ (ut sic dicam) pigra nititur ratione, quàm pia boni ipsius oblectatione. D Tenui nec dimittã illum, donec introducam illũ in domũ matris meæ & in cubiculũ genitricis meæ. Multo planior uidetur sensus, si ita dixisset. Non dimittã illum cũ introduxero in domum matris meæ, illius scilicet quæ sursum est Ierusalẽ cælestis, quæ est mater omnium nostrum. Nam ante illud tẽpus omnia hic inserta sunt, & inter spem & metum fluctuant, & pendulo nituntur gradu. Et quæ erit certitudo de gratia, dum mutabilis est natura? Deniq; & ille ait: Ego dixi in abũdantia mea, nõ mouebor in æternũ. Auer tisti facies tuam à me, & factus sum conturbatus. An non tibi similia dixisse uidenẽ psalmista & sponsa? Quid enim aliud est nõ mouebor in æternũ, quàm quod hic ponitur, Non dimittam illũ? Sed ibi quidẽ manifesta præsumptio, quia uicina ultio. Auertisti, inquit, faciẽ tuã à me, & factus sum cõturbat? Cũ sit in hac carne facilis casus, & frequens impulsus, citus lapsus, & certus labor, quomodo nõ uidebuntur præsumptionis & nimis promptulæ deuotionis esse hæc spõsæ uerba, non dimittã illum? Quis enim hic in eodẽ statu permanere poterit, præsertim illo subtilissimæ contẽplationis, qui uix attingi potest tenuissimo mentis ictu? Fortè ergo uerba hæc non securitatẽ sed solicitudinem sonant. Nec em̃ securitas esse potest donec introduxerit dilectũ in domũ matris suæ, & in cubiculum genitricis suæ. Non erit tũc retinẽdi solicitudo, quia erit certitudo manendi in illo felicitatis statu absq; studij nostri usu, & disciplinæ custodia, ultro nobis affluent imo intrinsecus de quodam inexhausto animæ uẽtre flumina fluent aquæ uitæ & indefessæ delectationis. Nulla tunc erit necessitas in alrũ fodere, nullus labor uel purgare puteos quos Phi isthæi repleuerũt, uel purgare ne replcant. Hic ille labor exigitur, nõ inde excluditur. Quod ergo dicit, nõ dimittam illum, studium pollicei uidetur & diligentiã, ut semper solicita sit quoadusq; plenè possit esse secura, ne sibi elabatur de reliquo dilectus suus dñs Iesus, qui uiuit & regnat in secula seculorm, Amen.

Psal.29.

Rom.13.
Col.3.

Psal.72.

Psa.118.

Canti.3.

Gen.26.

Sermo. X. A

Quæ infirmitatis exẽpla sunt aptauimus sponsæ præteristo sermone, hodierno quæ sunt uirtutis aptem? de scripturis sacris. De Anna legit: Cùm intẽtè profuso exoraret affectu, q̃ nõ sunt uultus eius amplius in diuersa mutati. Vultus animi interpres est, & ab intimo affectu habitum trahit. Ideo ab eius constantia interioris quæ in anima est: perseuerantiæ dicitur argumẽtum. Non sunt uultus eius in diuersa mutati, quia nihil imminutũ est desiderũ semel concepti. Et quid aliud sonat quod dicit: Non dimittam illum, nisi non mutabo in diuersa uultum, & intuitum mẽtis alio non diuertam ab ipso? Sed & apostolus simile quid hortatur: Sine intermissione orate. Et item: Gratias agẽtes semper, illud quoq;: Gaudete in domino semper. Continua & non interrupta hæc uult esse apostolus, orationem, gratiarum actionem, & gaudium in domino. Sed quis ista ipso mentis habitu & affectu animi indefesso explere sufficiat, nisi cui dicere permissum est: Quis nos separabit à contemplatione Christi? Apostolus dicit. Quis nos separabit à charitate Christi? A cõtemplatiõe enim dicere nõ poterat. Nam aliquando à contemplatione segregari Christi illum compellebat charitas. Siue, inquit, mente excedimus deo, siue sobrij sumus nobis: charitas enim Christi urget nos. Charitas ergo quadam dispẽsatione cõtemplationi se subducit, cuius tñ proprius est familiaris in ipsa usus. Omnia quæ agit charitas, quandam habent indefessæ orationis & gratulationis uicem & efficaciam. Sed tunc ista profusius & excellentius exequitur, cùm singulariter in istis exercetur. Absconde eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te ad dominũ. Eleemosynæ uocabulo nõ incõgruè censentur uniuersa quæ indigentibus misericorditer impenduntur, non modo iste corporeus cibus & indumentum, sed etiam doctrina, exhortatio, correctio, consolatio, & uniuersa quæ ad animæ commoda spectare uidentur. Opera sunt hæc charitatis & orationis uim obtinent, cùm solius dei sint intuitu, sed non sunt hæc specialia & propria ipsius. B Quid enim tam proprium quam dilecto soli intẽdere, & liberè in amoris se exercere negocio? Ab hoc spiritualis iucũditatis excessu & ebrietate sobriũ fieri, & propter fraternas necessitates ab alienatione mentis temperare, quid nisi uultum in diuersa mutare est? De

1. Reg.1.

Leuit.1.
Exo.28.

Psal.72.

Eccl.29.

1. thes.5.
Phil.3.

Rom.8.

2. Co.5.

Luc.10. nicq; & Martha solicita erat, & turbata circa plurima. Illa circa multa turbatio, uidetur quædam uultus in diuersa
Ibidem. mutatio. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Optima pars contemplationis & dilectionis est usus. Nam & si illa sunt opera charitatis quæ exhibebat Martha, ibi tamen seruit charitas necessitati, non charitas sibi. In subleuandis alienis necessitatibus bonũ op⁹, sed molesta causa. Bona enim misericordia, sed molesta miseria. Bona curatio, sed circa quem uersatur non bonus languor. Bonus etiam huiusmodi compassionis affectus, sed non bona cõpassionis occasionem ministrans alterius passio. Fraternis in necessitatibus charitas intuetur, cui condoleat, quo moueatur ad miserationẽ, quid amouere nitatur. At cum dilecti contemplantur uirtutes, totũ placet, totum delectat, totum allicit, nihil ibi uidet quod horreat, sed cui dulciter adhæreat. Hic proprius amoris usus est, hoc eius officium, ut totus sit in amando. Sic est planè cum una & indiuidua iucunditas omnia conuoluit & cõplectitur, officium finem, & causam. Officũ amor est. causa uisio, finis utrunq;. Neq; ullus esse potest beatior finis quàm ipsa uisio & dilectio dei. Omnia ad hunc finem sanctorum uota suspirãt. Finis iste ipse sibi finis est, seipso cõtentus, in melius aliquid expectationem porrigere nõ ualens. Hoc est illud unum quod necessarium dicitur, quod
Psal.72. à Maria non tollitur. In quo psalmista gratulatur. Mihi (inquit) adhærere deo bonum est. Hic est, ille mentis ex-
2.co.12. cessus qui usq; ad tertium cælum Paulum rapuerat. Hæc
1.Reg.1. ebrietas temuletо similem Annæ uultũ expresserat. Hoc
Actu.2. musto madebant apostoli cum illos uehemẽs replerat spiritus, & illius quod nouum pollicitus est Iesus uini uir-
Gene.9. tutem primò sensere. C Hoc uino infusus Noe spiritualis passus est soporis excessum, & carnis curã posthabuit, totus factus in spiritu, posteriora contẽnens, quem anteriora tenebant ex integro. Felix si instar Annæ huiⁿ uini nunquam digessisset uirtutem. Illa enim foris castigato corpore, mẽtis est passa temulentiã, & sanctam quã postea non euacuaret ebrietatẽ. Nam hoc sibi uult q̃ nõ ulterius uultus eius sint in diuersa mutati. Talem sibi apprehensæ
Cantt.3. sponsæ pollicerí uidetur cum dicit: Non dimittam illum. Quid enim præclarum, quid spirituale, quid sponsa dignum diceretur, si ad fidem, si ad iustitiam, si ad humilitatem, ad continentiam, ad beneficentiam, & ad reliquas quæ Christus esse dicitur uirtutes: id referret quod ait, nõ dimittam illum. Nam nec his uacua credenda est, etiam cùm dilectum quæsiuit. Denicq; & communes huiusmodi uirtutes, & ita habentibus cõmodè, ut caruisse nefas credat. Eximiũ ergo & singulare quippiam hæc indicat inuentio, per quã dilectum & comprehensum applaudit, & nõ dimittendum præsumit. Fortè primitiæ aliquæ sunt futuræ contemplationis & gloriæ, propter
Cantt.3. quod adiungit: Donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, in illam cælestẽ Ierusalem quæ mater est omniũ nostrum, cuius muros salus occupat, & portas laudatio, cuius in pacẽ positi sunt fines. In illum locũ lucis & lætitiæ, laboriosæ uitæ huius introduci non possunt uirtutes, quæ si ingrediuntur per meritum, tamen excluduntur per usum. Cælestem ergo aliquam affectionem & supermundanum saporem in dilecto experta, non iactando, sed gratulando dicit. Non dimittam illum, donec introducam in domum matris meæ. D Sed nũquid non iam ascendit ad patrem? Nunquid iam præcursor introiuit pro nobis? Et quomodo tu introduces quo ipse prior ascendit? Tu magis indiges ut ipse te
Psa.118. ducat cui dicitur: Deduc me in uia mandatorum tuorum.
Ioã.14. Vado, inquit, parare uobis locum, & cùm parauero, iterũ ueniso, & assumam uos ad meipsum. Quomodo ergo introduces illum quo iam ipse ascendit? Ascendit quidem per se, sed adhuc in te foris existit. In te introducitur, quo per se prior ascendit. Quidnis? In te nascitur, in te forma-
Gala.4. tur, & in te non introducitur? Filioli, quos iterũ parturio donec formetur Christus in uobis. In nobis ergo Christ⁹ & parturitur & perficitur, nec semel sed sæpius, & iterata crebrò parturitione. Neq; possumus omnes Christi simul uirtutes adaptare nobis, equidem ne unam quanlibet ad plenum. Idcirco semper insistendum est: quia non nisi sensim fit in nobis spiritualis parturitio Christi. Qui ergo in membris suis in ipsa sua nascitur, cur non introducitur? Non enim uel parturitio hæc uel introductio ad Christi potest referri personam, sed ad uirtutes & gratiam. Ideo frequens est sicut parturitio, sic introductio. Nam & con-
Ephe.2. sedere dicimur in cælestib⁹ cum Christo. Sed sicut una est uera & æterna sessio in cælis, sic & introductio. Perambu-
Gen.12. luit Abraham terram promissiõis antequam possideret.
&.17. Felix omnino cui datur beatas illas perambulare regiones, & uisentis instar uolucri calcare uestigio locũ omnem quem accepturus est in possessionem. Cui licet stare non permittitur, ascendere tamen datur in montem domini: & quamuis per umbram adhuc cursim, tamen perlustrare cuncta, & se tali usu refouere. Quæ autem uera est & plena introductio, hic innuí uidetur cùm dicitur, donec introducam illum in domum matris meæ. Felix omnino quæ adeò alligare potuit uerbum dei, & amplius adglutinare sibi, & in exilio collaterare, quousque copulari in cubiculo detur. E Non dimittam illum, donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Quod tunc fiet quando corpore & mente plenè portabit imaginem cælestis, ut domus intelligẽtiam ad corpus, cubiculi uerò ad mentem reducas. Aut si magis placet in domo possessionem accipe securam, in cubiculo secretam, in domo sempiternam, in cubiculo internam. In domo (ut di-
Eccl.12. cit ecclesiastes) æternitatis, & in cubiculo charitatis. In cubiculo ubi clauso ostio non iam ores patrem, sed de cætero adores in spiritu & ueritate. In domum non dicit patris, sed matris, & in cubiculum genitricis. Nouit illa mẽsuram suam, & ideo spem suam extendit ad illam æternitatem, charitatem, quam assecuta est ecclesia primitiuorum
1.Ti.6. in cælis. Nam quantum ad ea quæ dei sunt spectat, solus habet immortalitatem, & ipse lucem habitat inaccessibilem, & superemínet scientiæ plenitudo charitatis Christi qui nos impleat in omnem plenitudinem in seipso, qui est benedictus deus & regnat in omnia secula seculorum, Amen.

Sermo. XI. A

DElicata est species amoris affectio, & tenui occasione lætitur lætitia spiritualis. Amor occupationum exterarum impatiens est, suis satis habens inseruire negocijs, ocio gaudet, quiete fouetur, ad internam delectationem libera habere tempora uolens. An non hoc ipsum tibi uidetur sponsa innuere, dilectum suum ad cubiculi secretum trahens? Nouit illa dilectum suum non posse foris securè possideri, nec integrè quidem. Et quàm durum est amanti animum dimidiare cum Christo & mũdo? Quàm durum est, inquã, in dilectionis iura peregrinas admittere curas, & cælestes secretũ secularibus infestare turbellis. Memor fui, inquit,
Psal.76. dei: & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Si delectatio memoriæ dei negocio se exercet & exhaurit spiritum prophetiæ, quomodo plura poterit & peregrina cum isto complecti negocia? Iure ergo sponsa cum dilecto cubiculum petit, ut libero illi intendat studio, & ex animi sui arbitrio perfruatur, & quieto pectore penitus amplexetur. Apparet illam spiritu charitatis duci, & ex sponsæ affectu locutam, opportunitatem exercendi quæ sic quærit amoris. Et quomodo nos si quid uel tenuiter attingimus de Christo, de sapientia, de suauitate, de contemplationis gustu, non contenti gratia, nec mensuram contemplantes nostram, statim erumpere conamur & cubiculo fastidito festinamus egredi à requie? & ab illa
Psal.4. requie? In pace, inquit, in idipsum dormiam & requiescam. Maria ad domini pedes sedens idipsum tene-
Luc.10. bat: turbatur Martha circa plurima. In multis turbatio: porrò unum est necessarium, imo & iucundum.

Denicq;

Denicq; quàm bonum & quàm iucundum habitare amantes in unum. Alioquin non est habitatio in unum nisi in amore qui inhabitare facit uniⁿ moris in domo. Quid est
1.Ioã.3. unius moris nisi fœdere conformes amoris? Amor humanum animum deo conciliat & unit. Similes, inquit, ei erimus cùm apparuerit. Quidni similes? Cõmendat seipsam mundis reuelatam mentibus maiestatis diuinæ inæstimabilis pulchritudo, & intuentis in se affectu rapit, & quadã ratione sibi facit similẽ, dum aliud cogitare nõ sinit. Odore trahimur, transformamur autẽ uisione. Bonus ergo cõtemplationis usus qui unius moris efficit & cõformat humanam mentem & summam maiestatem. Bona hæc mansio ultra quam nec uota nos trahunt, nec citra tenere nos
Psal.131. debent. Quis det mihi ut hæc sit requies mea in seculũ seculi? B Felix qui ex corde potest dicere, hic habitabo
Luc.10. quoniam elegi eam. Maria optimã partem elegit quæ nõ auferetur ab ea. Scientiæ destruentur, euacuabuntur prophetiæ, linguæ cessabunt, sola contemplatio non cecidet in futuro. Ideò hãc tibi partem elige in præsenti, quæ non
Trcñ.3. auferetur unquã, ut dicat anima tua: Pars mea dominus,
Ibidem. propterea cõtemplabor eũ. Propheta dicit, propterea expectabo eum. Rectè quidem. Expectat enim boni plenitudinem, cuius portionem iam tenet. Qui contemplationis bono hic fruitur, amplius quidem expectare potest in hoc genere, sed aliud quid non debet. Bona hæc, bona sunt reposita in annos multos, imo in annos cunctos. Ideò Felix anima quæ bono hoc frueris, epulare, comede, quia pars hæc non repetet à te, sed refundetur & reformabitur uberius. Hæc requies tua in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam, hic inhabita ut cum illo inhabites, q̃ sedet super cherubim, super scientiæ plenitudinem, qui lucem habitat inaccessibile. Et ideo in speculationis luce sit locus tuus. Hic matris tuæ ecclesiæ proprius & domesticus locus, hæc eius domus, cætera q̃ exercet tẽporalis necessitatis officia, istum ad finem respiciunt. Actionis officia transeunt, permanent cõtemplationis. Bonum est hic tibi esse: hic tibi tabernaculum fac. Non tibi unum & dilecto tuo unum, sed tibi & ipsi unũ. In hoc cubiculũ dilectũ tuum introduc, ingredere in requiem tuã, ut requiescas à laboribus tuis, sicut & à suis deus. Septima requieuit ab opere institutionis. Septima requieuit à labore restitutionis. In illa postquam mundum condidit, in ista quando se in monumento recondidit. In illa postquam fundauit mũdana, in ista postquam reformauit humana. Si quæsisti, si inuenisti, si tenuisti dilectum tuum, tene quem tenes, tene, inhære, imprimere illi, ut eius in te uelut expressa reforma
1.Co.6. tur imago, huic fias conformis figillo. Eris autem si adhæseris. Qui enim adhæret deo, unus est spiritus. Fortè sicut duræ materiæ difficulter in te primo fit eius impressio, & si laboriosa impressio, sed dulcis adhæsio. C Laboriosa est reformationis tuæ sexta, sed dulcia sabbata quietis sequuntur. Consepelire ergo cum Christo per hunc sabba-
Apo.14. tismum in mortem. Beati enim mortui qui in domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus ut requiescant à laboribus suis. Spiritus hoc dicit. Collatæ utiq; quietis exhibitione, & effectu gratiæ, quomodo & ipse testimonium red-
Ibidem. dit spiritui nostro. Spiritus hoc dicit: quia spiritⁿ hoc effi cit. Ipse se dicit, quia ipse se donat. Amodo iam dicit spiritus, ut requiescãt à laboribus suis. A laboribus, inquit, non ab operibus. Opera enim illorum sequuntur illos. Opera sequuntur spiritum sicut calor ignem, umbra corpus, lux solem, effectus causam. Qui sabbatizat in spiritu, non habet opus sectari opera, opera enim sequuntur illũ. Opera illorum. Quæ sunt opera illorũ? Quæ sunt opera quiescentiũ, opera mortuorum in Christo, consepultorũ cum Christo, opera sabbatizantium? Festiua sunt, feriata sunt, ocium, ualent opera ista festiua ingredi in hanc requiem, in hunc sabbatismum. Sed uide q̃ non relinquitur sabbatismus nisi consepultis cum Christo, nõ relinquitur nisi post sextam diem. Post sextam diem in qua aut uetus homo crucifigitur, aut nouus perficitur. Nam ꝓpter illũ dicit: ut qui mortui sunt in Christo, requiescant à laboribus suis, & propter istum quod nouo cõdito homine die
Gen.2. sexta, septima requiscuit ab operib⁹ suis deus. Et tu quoq; sabbatum tibi compara, redime tempus, & liberas ab exteriori occupatione horas uendica tibi. Sed uide ne hostes deridean sabbata tua, ne illis seruiant ocia tua, ne illis
Psal.45. uaces qui uacare deo debueras. Vacate, inquit, & uidete
Eccl.;8. quoniam ego sum deus. Bonum est ocium, sed sapientiam scribe in tempore ocij tui. Scribe illam super latitudinem cordis tui. Latum enim cor, quod curæ non arctant: Imprime in intimo cordis tui literas quæ nõ deleantur, & exara in tabulis spiritualibus signa sapientiæ, ut dicere possis.
Psal.4. Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. D Lætare & diem festum age cũ dilecto, & epulare (sicut scriptum est) in introitu gloriæ
Esai.58. huiusmodi. Sabbatum, iuxta quod dicit Esaias delicatum est & sanctum domini gloriosum. Delicatũ, inquit, & san-
Prou.21. ctum. In desiderijs est omnis ociosus, sed non sunt omnia
1.Ti.6. sancta desideria, qualia eorum qui uolunt diuites fieri, & per hoc incidunt in desideria multa inutilia & nociua. Vides quomodo apostolus multitudinem desiderijorum in uitio ponit. Quid si & immunda fuerint? Nam & multi q̃ agere non possunt, in occulto cogitãt quæ turpe est & dicere, tenui se in hoc solãtes remedio. Ad horum distinctionem non contentus dicere sabbatum delicatum, adiecit & sanctum, & domini gloriosum, ut non sint in confusione gloriæ tuæ. Si uacas, sabbatum habes: si uacas & uides, & contemplaris delectationes domini, iam sabbatum tuum delicatum est & sanctum, & sabbatum domini gloriosum sabbatum ex sabbato, id est uacatio de uacatione. Prima uacatio est & bona si mundo non uacas. Secunda quidem est melior, si tibi ipsi & uaces, & cogites quomodo placeas deo. Tertia est & optima si etiam tui oblitus soli deo uaces, & cogites quæ domini sunt, quomodo tibi placeat ipse. Nõ sit desidiosum sabbatum tuum, operare in sabbato tuo opera dei. Opus enim dei est ut credas in eum. Fide uidens, uidemus enim nunc per speculum: ideo uaca ut uideas. Delicatum planè opus est uisio & uisio dei. Nõ est tibi necessitas de reliquo dimicare pro fide, sed tãtum delicíari in ea. Erepta est iam de contradictionibus persequentis populi, & peruertentis hæretici. Constitue eam in caput cogitationum tuarum ut cogites cogitationes fideles antiquas, Amen.

Sermo XII.

NEscíunt cogitationes antiquas habere qui nouitates uerborum exquirunt, qui noua excludunt dogmata, qui iuuenilia desideria non declinant, qui nihil habent grauitatis, nihil autoritatis, nihil antiquitatis plenum: non est ibi amen, ubi est aut disceptatio aut deceptio cogitationum, ubi aut infidelitas est, aut fluctuat fides ipsa. Ingredere in tutos recessus fidei, introduc dilectum in cubiculum matris tuæ, ut quicquid de Christo sapis, quicquid sentis intra ecclesiæ cõstringas regulas, ad eius castiges censurã: huiusmodi opera operare in sabbato tuo. Alioquin si uacas, & talibus nõ uacas studijs, facilè in uacuo animo cogitationes
Pro.24. uanæ & uenenata erumpent consilia. Denicq; sicut habes,
Mat.24. agrum hominis pigri urticæ & spinæ obsident, & euãgelia tibi dicunt, quia duo erũt in lecto, unus assumetur & alter relinquetur. Quasi lectus quidam est ociosa uita & qeta in ecclesiæ gremio degentium eorum qui nullo sunt ecclesiastici muneris onere occupati, nec prouidẽtiæ & dispẽsationis solicitudine distẽti, sed libero utũtur ocio sub alieno regimine. Nõ tamẽ hoc ocio omnes rite & iure debito fruũtur, sed libertatem quam obtinẽt temporis, dant in occasionem torporis. Bonus enim lectus si quis eo legitimè utatur, & opportunitatem exterioris quietis in uolu ptatẽ cõuertat uisiõis internæ. Hi sunt q̃ assumenf ab hoc ecclesiæ cubiculo ad illud ecclesiæ, ut ubi Christus est, &

Ibidem ibi sint cum ipso. Denique ubi fuerit corpus, illic congre
gantur & aquilæ. Esto tu quasi aquila, & acutis utere lu
minibus, spiritualis assiste contemplationi, commane in
petris, & in præruptis commorare silicibus, imo in singu
laris illius petræ quæ Christus est cauernis ingredere. In
tra iuxta Esaiæ uerbum in cubicula tua, claude ostia tua,
Esa. 26. & abscondere modicum ad momentum donec pertrãseat
indignatio. Magis uero abscondere in æternum ut dele
ctatio maneat. Intra in cubiculum pacis, in potentias do
mini: quia pax in uirtute eius. Memorare iustitiæ eius so
lius, ut in te sibi obuient pax & iustitia. Memorare iusti
1. Cor. 4. tiæ eius solius, quia quid habes quod non accepisti? Iu
stitiæ eius solius. B Bona iustitia quam aduersus titil
lantia uitia tibi pugna quadam defendis. Felicior ubi nõ
dimicas pro iustitia, sed magis delectaris in ea, ubi non cõ
flictationi studes, sed delectationi: non seris cum uitijs iur
gium, sed commercium cum uirtute contrahis. Istam pos
sidens non impugnas illa: ubi posteriorum oblitus, non
cogitas quæ hominis, sed quæ domini, & memoraris iu
stitiæ eius solius, cum iustitia & pax in te osculatæ se fue
Psal. 75. rint. Regnum enim dei iustitia & pax & gaudium. Si re
gnum, quare non & domus & cubiculum? In pace enim
factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Ingrede
re in cubiculum pacis huius quidem exteriori, sed magis
Psal. 4. illius interioris, in habitationem speculationis: quia Sion
speculatio interpretatur. In pace, inquit, in idipsum dor
miam & requiescam. Idipsum ad speculationem refert,
quia hæc est pars optima quæ non auferetur. Denique &
Canti. 3. sponsa obdormiuit cum dilecto in cubiculo matris suæ,
& quendam passa est soporatæ mentis excessum in ample
xu sponsi, ideo sequitur: Adiuro uos &c. Et tu ergo si spõ
sum apprehendisti, tene: nec dimittas donec introducas in
domum & cubiculum matris tuæ. Quid ego nunc tibi
persuadeo ad quod te ipsa experientia perceptæ dulcedi
nis multò magis iuuat & allicit? Si quis enim feriato ani
mo furtim & quasi in raptu prælibare potuit liberæ me
ditationis festiua gaudia, nescio si quid unquam libentius
agat quàm ut huic totum & ex integro se studio tradat &
expediat. Denique trahebant sponsam prima pulchræ cõ
templationis blandimenta, & ad quietis prouocabant cu
biculum, quo dilectum introducturam se læta gratulatur.
Ibidem. Non dimittam illum donec introducam. An non tibi ui
detur quasi dicere his uerbis illud de psalmo: Si dedero
Psal. 131. somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,
donec inueniam locum domino. Omnia dimitto, ne di
mittam illum. Omnia detrimentum facio, ut Christum
lucrifaciam, propter supereminentem lætitiam præsentiæ
Eccli. 4. eius. Si dormierint duo, fouebuntur mutuo: unus quo
modo calefiet? Ecclesiasticus hoc dicit. C Bonum fouе
ri & inflammari in amplexu uerbi. Ignitum enim elo
quium domini uehementer, & spiritualibus æstuare desi
deris: ideo non dabo somnum oculis meis: & palpebris
meis dormitationem, donec introducam illum in cubicu
lum matris meæ. Tunc quiescam, & suauis erit somnus
meus. Quasi dormiuit Ioannes recumbens in pectore Ie
su, ubi recõditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ
dei. Ibi uerè quietis locus, intelligentiæ serenum, san
ctarum pietatis, delectationis cubiculum. Hic dormi,
ut uideas quod ipse uidit, uerbum in principio, uerbum
apud deum, & uerbum deum, & intelligas in Christo cum
patre existendi cœternitatem, personalem diuersitatem,
& unitatem consubstantialem. Quid tibi uidetur similius
somno? Huc se nõ possunt humani iactare intuitus, irrum
pere ratio. Denique non uidebit hæc homo & uiuet. Bo
num est ergo te obdormire & humanorum sensuum &
affectuum obliuione sopiri, ut huiusmodi somnia somnia
re possis. Hoc apostolorum cubiculum est, qui nos genue
Gal. 4. runt in christo. Quasi mater est Paulus, cum dicit: Filioli
mei quos itorum parturio donec formetur Christus in uo
Phi. 3. bis. Matrem habes, uis habere cubiculum? Nostra, inquit,
2. Co. 5. conuersatio in cælis est. Vis somnum? Mẽte, inquit, exce

dimus deo. Huc ergo trãsi cum dilecto, hic mane, hæc me
ditare, in his esto: aut si istò pertingere non potes, tempe
rantius age: si non potes recumbere in pectore Iesu, ubi in
defessæ puteus sapientiæ, requiesce inter scapulas, ubi pa
tientiæ eius exempla & mysteria contemperis. Inter hu
meros eius, quia principatus factus est super humerum Esai. 9.
eius. Et de Benjamin dictum est quòd amantissimus do
mini inter humeros requiescet. Requieuit quidem & ob Deu. 33.
dormiuit Iesus in cruce, & tu cum ipso in passionis eius si
de & memoria dormias, uel potius inter istas sortes discur
re inter pectus & humeros, inter fidei mysteria, & manifes
tationem ueritatis. In altero fac tibi domum, in altero cu
biculum. Amantissimus domini Benjamin quasi in thala
mo morabit tota die, & inter humeros requiescet. Vides
quomodo inter humeros thalamum collocat? Quid ergo
erit in pectore? Vtrobiq; planè contemplationis pulchræ
locus, & inter humeros, & inter ubera. Sed uberior gratia
in pectore, ubi amoris locus, cogitationũ sedes: amplexus
occasio, & cernendi copia uultus. Bene ergo in pectore Ie
su Thalamus, imo & thesaurus. Ibi enim & delicijæ sponsi,
& diuitiæ uerbi. Quia in illo absconditi sunt omnes the
sauri sapiẽtiæ & scientiæ dei. In hos ingredere thesauros,
absconde te in abscondito faciei eius à conturbatione ho
minum, & nemo te exsuscitet neq; euigilare faciat donec
ipsa uelis. Denique & hoc habet ea quæ subsequitur adiura
tio sponsi Christi Iesu, qui uiuit & regnat in secula seculo
rum, Amen.

Sermo XIII. A

ADhuc capituli hui⁹ nos discussio tenet. Tenui Canti. 3.
nec dimittam illum. Itane adhibenda est diligẽ
tia & studium, ut dilectus tuus apprehensus re
tineatur? Si sponsus est, & amanti respondet
ex æquo, quomodo non ultro cohæret tibi, & astringi
tur gratis? Denique hoc habet impatiens zelus amantium,
ut etiam expulsus importunè se ingerat, & pudorem dedi
scat æmulatio dura. Nunc autem dicis. Non dimittam
illum, quasi declinare uolentem si non instanciùs retinea
tur. Quomodo si amat aut declinare uolet, aut auelli se si
net? An fortè suspicionib⁹ amatorijs moueris, & superua,
cuo quodam metu amittendi: pro multo affectu retinen
dis? Non est tamen superuacuus timor, ubi exitus in anci
piti pendet. Non est superuacuus inter pericula metus:
sed domestica tibi magis metuenda est leuitas. Nam deus
ille, & non mutatur. Innata tibi leuitas uicina est lapsui, &
instabilis quodam animæ mentis motu facillime arriperis
si non firme adhæseris. Sed nos iam ad primitiuam uerba
hæc referamus ecclesiam. Eius enim esse uidentur: fidei &
charitatis iura aduersus persecutionum iniurias prophete
ica quadam præsumptione sibi defendentis. Vide etenim
quàm multi conati sunt spirituale hoc Christi & ecclesiæ
uel diuellere uel adulterare connubium. Contemplare
adhuc initia latentis ecclesiæ, quãdo uelut nona nupta in
primos Christi properabat amplexus. Quid furoris, quid
fraudis illis Iesu bone sustinuit dicbus? Oportebat quidẽ
hæreses esse, oportebat & persecutiones esse, ut tãto adhæ
reret dilecto tenacius, quanto ab eius uel fide uel confes
sione uehementius se abrumpi uidebat. Quis uos (inquit
unus pro uniuersa ecclesia) separauit à charitate Christi? Rom. 8.
Denique non est in illis uel fidei corrupta ueritas, uel con
fessionis obturata libertas. Propter Sion, inquit, non ta
cebo, & propter Ierusalem non quiescam. Cæsis in sy Esai. 52.
nagoga discipulis denunciatum est ut tacerent. Sed illi
propter Sion non tacent, & propter Ierusalem illam car
nalem non quiescunt. E Verè carnalis synagoga quæ
uiuificantem in se extinxit spiritum, & ecclesiæ extorque
re conatur. Non probauit Christum habere in notitiam:
ideò tradita est in reprobum sensum. Reprobauit enim
lapidem probatum, lapidem electum: tenuit legem, sed
Christum nesciuit: tulit clauẽ scientiæ, nec ipsa introiuit
nec alios intrare permisit. Quis nobis claudit, quibus
Christus,

Christus aperuit? Super humerum eius clauis domus Da
uid, quæ aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit,
Aperuit gentibus, & clausit Iudæis. Cæcitas enim in Isra
el contigit ex parte, ut gentium plenitudo intraret. Cæ
ca est Iudæa: & in literæ uelamine ostium inuenire nescit.
Synagoga prædicat, uelamen reprobat, ueritatem non re
ctè uel offerens uel diuidens. Rectè enim diuideret, si li
teræ obseruationem ab eius interpretatione distingue
ret, si aliud tempus illius antiquitati, aliud huius nouì
Eccli. 3. tati daret. Tempus enim suendi, & tempus scindendi. Si
militer enim & illa præcepta sunt, & ista prædicta sunt.
Sed in illis figura, ista sub figuris. Ecclesia iam ista diui
dit & scindit quæ fuerant consuta, etsi nouit literam ali
quando secundum carnem, sed iam non nouit synagoga:
Caut. 3. quem inuolutum quasi tenuit, reuelatum dimittit. Eccle
sia dicit. Tenui nec dimittam. Synagoga reprobat imo &
Mat. 24. exprobrat, sed ecclesia non ueretur à uoce exprobrantis
& obloquentis, à facie inimici & persequentis. Denique
seruus ille nequam dicit in corde suo, moram facit domi
nus meus uenire, & ideo percutit pueros domini, quia iã
eius nouerunt & nunciant aduentum, sed illi propter Si
on non tacent, & propter Ierusalem non quiescunt. Cor
pus possunt percutere, non possunt ab animo Christum
excutere. Flagellis firmius ligata est in corde eorum affe
ctio Christi. In Synagogis flagellati sunt, in custodias tra
diti, ad cathedras tracti, sed gaudent in his omnibus quia
digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.
Tenui nec dimittam illum. B Tenuit quia non timuit
dum turbaretur omnis terra, & maiores mundi huius po
testates transferrentur aduersus illam in cor amaritudi
dinis. Agglutinata est sponso funiculo qui rumpi nõ po
terat, funiculo charitatis: qui nescit excidi: quia illa nun
quam excidit fiducialiter egit, quia charitate adhæsit.
Qui enim adhæret deo, unus est spiritus: ubi autem spi
1. Co. 6. ritus domini, ibi libertas. Ideo liberè egit, & spei suæ con
fessionem tenuit indeclinabilem. Et tunc quidem fatui
tatis res fides uidebatur, & confusione digna confessio.
Quid confusionem nominoꝰ Extremi res erat periculi.
Non tamen timere poterant eos qui occidunt corpus.
Spiritus enim ultæ ante faciem illorum, Christus domi
nus. Ideò & carne auelli se facilius passi sunt: qui ab eius
Canti. 3. charitate nihil sibi de se retinuit, ut illum teneret. Ideo di
cit. Tenui nec dimittam illum. Planè inter tot peruertẽ
tes & persequentes tenuit strenuè, & dum adhuc tenera
Ibidem. erat nostræ fidei ætas. Donec introducam illum in domũ
matris meæ. Iam introducta est fides nostra in tutum.
Non est qui palàm impugnet illam, sed qui fuerãt per
sequentes, facti sunt obsequentes: & qui peruertentes,
facti sunt dirigentes. Iam introducta est de campo in do
mum, de pelago in portum. Iam in fauorem uersus est per
sequentium furor principum, & uersutæ hæreticorum
cauillationes, catholicæ fidei syncera ueritate redarguta
siluerunt. Iam erepta est fides nostra, ereptus est Chri
stus de contradictionibus populi. Iam constitutus est in
caput gentium, nec positus est nunc in signum cui contra
dicatur. Post tot defudata martyrum pro fide Christi cer
tamina, postquam tot fregit persecutorum uiolentias, &
hæreticorum refellit uersutias, postquam non est amplius
in cruce Christi scandalum, sed gaudium, & facti sumus
mundo huic non theatrum contumeliæ, sed triumphus
gratiæ, post tot enauigata pericula nonne tibi uidetur
quasi de campo quodam pugnæ & laboris in pacis &
quieti introduxisse cubiculum dilectum suum ecclesia
Christi? G Vides ergo in initijs ecclesiæ nascentis ne
cessariam diligentiam, ne dilectus tandiu desideratus &
tandem apprehensus posset extorqueri. Quid ergo nunc
decætero fiet quando in tutum introductus est & quasi
in thalamum per fidem? Dabitur de reliquo desidiæ lo
cus, & diligentiæ ualedicemus? Periclitabitur in trãquil
lo, qui in tempestate non potuit? An non periclitatur qui
Iaco. 2. moritur? Sine operibus mortua est fides. Commendat

apostolus fidem, sed illam quæ per dilectionem operatur. Gal. 5.
Vbi dilectionis opus est, uel dilectio operis, ibi uita est
fidei. Quid si est in crudelitate uetitas, in confusione liber
tas, & non ibi per dilectionem uitat? Funiculus iste triplex
non est, & facilè rumpitur. Denique imaginaria libertas est
quæ de radice non oritur charitatis, nec tam nititur con
fessio talis libertate sua, quàm aliena licentia utitur. Præ
caria est, non propria, ex principum fauore pendet, non
procedit de calore fidei. Fides feruore charitatis anima
tur ad uitam. Pigra planè ubi discrimen impendet si non
confessionis sibi uendicet libertatem beneficio dilectio
nis. Alioquin à mortuo quasi qui non sit perit confessio.
Est ergo fine charitate & fides mortua, & confessio uana.
Apostolus dicit Christum habitare per fidem in cordi Fphe. 3.
bus nostris. Nunquid per mortuam? Si intus est ueritas,
& foris uita, diuisus est Christus, nõdum ex integro intro
duxisti dilectum tuum, ubi dimidius est foris. Quid si nec
dilectum? Quomodo enim dilectus si fidei non fuerit so
ciata charitas? Christus resurgens ex mortuis, iam nõ mo
ritur, sed sibi non moritur. Vide ne tibi, aut magis tu ne si
li moriaris, alioqui quæ poterit esse mortui uel cum mor
tuo delectatio? Quanam ergo ratione dilectus esse dice
tur, ubi dilectio non est? Si habitat Christus in corde tuo
per fidem, sed foris est per dilectionem, uercor, imo uerum
est quia uel dimidius in te est, uel mortuus. Viuo (inquit Gal. 2.
Paulus) iam non ego, uiuit uerò in me, Christus. D Po
tes & tu tibi uocis huius usum assumere, si tamen cum eo
dem dicere potes: Charitas dei diffusa est in cordibus no Rom. 5.
stris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Sed est in
alijs hæc uita laboriosa, in alijs libera, & inspiritualibus q;
busdam delicijs agens. Quòd si in carnis iura totus trãsi
sti, & principibus tenebrarum in cordis tui recessus facì
lis & familiaris aditus patet, & immundis amatoribus ani
mam tuam prostituisti, quæ erit tibi conuentio Christi ad
belial? quæ societas luci ad tenebras? Si uerò uitijs & in
centori uitiorum induxisti pro Christi charitate conflì
ctum, iam quidem dilectum tenes, sed nondum tibi res est
in tuto. Turbaris adhuc, & thalami tranquillitate nõ fruc
ris. Fides in portu est, sed prauæ consuetudinis impetus,
& tentationum uel emergentium uel frequentium cumu
lus adhuc tibi frangendus, aut certè fugiendus est. Tene
constanter inter discrimina ne te effugiat donec introdu
cas dilectum in domum matris tuæ, & in cubiculum ge
nitricis tuæ. Tene cum labore, ne minus canto ut parum
curioso citius elabatur. Fide tenes, professione tenes: te
ne moribus, tene conuersatione, nec dimittas. Non est
decætero nunc pro fidei ueritate conflictus, sed spiritua
lis huius certaminis æstus aduersus mores bonos & ui
tam honestam totus incanduit. Instant his diebus nouissì
mi tempora periculosa, quando sunt homines seipsos 2. Ti. 3.
amantes, cupidi, elati, inuentores imo & incentores ma
lorum. In exortu fidei christianæ persecutio nominis hu
ius grandis irripit. Hodie pestilentia morum fœda satis &
lenta nimis exalat. Corrumpunt enim mores bonos exẽ
pla mala. Trahe nos bone Iesu in odorem unguentorum
tuorum, ne pestilens aura de uicino crumpens, salem sa
pientiæ in nobis infatuet. Sermo uester (Paulus inquit)
semper in gratia sale conditus sit. Nunquit solus sermo Col. 4.
& non potius usus, auditus, incessus, omnis denique exte
rior gestus sale condiri debet? Placete, inquit, omnibus 1. Co. 10.
pomnia, sicut & ego. Quòd si infatuati sunt ecclesiæ prin
cipes, plebes in quo salientur? E Et nos fratres qui reli
gionis professores sumus, sal esse terræ debemus. Si ergo
& in nobis sal euanuerit, in quo salietur? Factus est sacer
dos sicut populus, ut licetius populus sicut sacerdos fiat.
Mundo se monachi studio conformant, & qui in mundo
sunt errorem suum nostrorum satis uersutè & nimis uerè
tuentur exemplo. Mutuis ad uitia sese aut informant aut
fouent exemplis, pastores, populi, seculares & religiosi,
promptuaria plena sunt huiusmodi, eructantia ex hoc in
illud, aut turpis aut tepidæ conuersationis spiritum pesti

lentem. Heu quàm auido cordis ore prauum hunc attrahimus spiritum, & corrumpentem haurimus auram. Pestilentia hæc passim influit per fenestras nostras. Iesu bone quando erit, si tamen aliquando erit, sicut fides integra, sic & incorrupti mores? Quando continget ut sicut cum ueritate pax, sic non sit pugna pro uirtute. Quando integrum te & ex arbitrio in contemplationis & quietis cubiculo complectemur? Pauci sunt in ecclesia qui in hũc statum peruenerunt, sed tamen pro parte profitentur. Tenui nec dimittam illum, donec introducam in domum matris meæ & in cubiculum genitricis meæ. Non est tota talis ecclesiæ facies, sed tamẽ multa talis, ut dicere possit: Tenui nec dimittam illum donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Fides profuisior est, contracta negocia charitatis. Nunquid in uniuersitate credentium hanc aduertere est distinctionem, & nõ etiam in singulis nobis? Quis enim erit cui sicut ueræ & indubitatæ fidei, sit etiam affectuum piorũ integritas cõstet? Magnus planè est si quis est, qui sicut nunquam titubat in fide, ita passionibus animi nullis turbetur. Planè talem ego dixerim cubiculi secreta ingressum. Bonum cubiculum cordis tranquillitas. Cum aliis laborat sapientia, sed cum humili & tranquillo quiescit spiritus domini, & in pace locus eius. Sed hic quiescat interim sermo noster, magis uerò sensus noster, in hoc utinam requiescat secretò cubiculi ut quod experientia docuerit, expressus refundat sermone sequenti, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritusancto uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XIIII.

Canti.3. ADiuro uos &c. Patet illam obdormisse, pro qua talis est facta, adiuratio. Quidni dormiat cum dilecto ingressa matris cubiculum, delicia rum recessus? Dormit cum patitur mentis excessum de accessu dilecti. Adiuro, inquit, uos ne suscitetis dilectam. Beata planè, quæ dilectum hunc & tenere permittitur, & dimittere non compellitur. Tene quod tenes, tene & attrecta motosè & diligenter uerbum uitæ, reuolue uolumen uitæ, uolumen quod reuoluit Iesus, imo quod est Iesus. Inuolue te illi, inuolue te illa qua inuolutus est ipse sindone, quia amictus est lumine sicut uestimento. Induere dilectum tuum dominum nostrum Iesum Christum. Excide tibi memoriale diligenter in petra, monumentum nouum in quo nondum quisquam positus fuerat. Christus enim petra. Semper noua reperiri possunt in Christo. Ad noua potest penetrari. Multi sunt in illo recessus, thesauri sapientiæ innumerabiles. Non est uno contentus uellere: sæpius tonderi potest, bona uellera sunt sensus mystici, sacrati affectus. Talibus abundat Ie
Psal.118. sus. Nudari, expolari non potest. Lætabor, inquit, super eloquia tua, sicut q̃ inuenit spolia multa. His te uesti spoliis, inuolue uelleribus, ut caleãt (sicut scriptum est) latera tua. Eloquium enim eius ignitum: in his quiesce, ut suauis sit somnus tuus, sicut Salomon ait. Denique & sponsus istum dilectæ suæ somnum tuetur & fouet, illam exsu
Canti.3. scitari uetans. Adiuro uos, inquit, per capreas ceruosq̃ camporum. Noua planè adiuratio, nec plus habens admirationis in specie, quàm in uirtute mysterij. Quærens quid in se sacramenti inuolutum contineant hæc animalia, quasdam liberæ mentis alacritatem & agilitatem spiritus, cursim se & saltuatim (ut sic dicam), ad superiora ferentis, intelligo adumbrari in illis. An nõ & tibi uelut capreæ & ceruí uidentur, qui licet in corpore commorantes, corporis tamen euaserunt incommoda, & spirituali leuitate pondera carnis penè non sentiunt, & terrenæ molis materiam nesciunt mentis beneficio? Hi sunt qui spiritu ambulantes, ultra non sentiunt desideria carnis: aut si sentiunt, languida certè & quasi palpitantia, ad extremum ducentia halitum. Vos (inquit apostolus his qui Rom. 8.
huiusmodi sunt) non estis in carne, sed in spiritu. Denique 2. Co. 5.
etsi cognouimus Christum secundum carnem, sed iam nõ nouimus: iam totus spiritualis factus est, iam se ad solitudines cælestes contulit, iam conscendit ad superiora. Ideo Cant. 2.
dicit ecclesia. Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq̃ ceruorum super montes Bethel. Ad hos te montes inui- Gal. 3.
tat qui dicit: Si consurrexistis cum Christo &c. Quasi capream te spiritualem fieri uidet Paulus, qui ad illos te cælestes montes prouocat, qui singularis illius hinnuli te uesti- 1. Co. 15.
rit imaginem. Sicut, inquit, portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de cælo est. Bonus cer Phi. 3.
uus & ipse Paulus, qui ait: Nostra cõuersatio in cælis est. Bonus planè ceruus quẽ spiritus domini uegetat & agit. Spiritus enim domini subtilis & mobilis. Boni ceruí, quos uox domini præparat: quibus reuelat condensa mysterio rum, cõdensa in quibus benedictus ille latitat hinnulus. Bona certè caprea, quæ ad omnia quæ uel sibi proposita sunt uel imposita, impigra & indefessa deuotione spiritus dicere potest. Paratum cor meum deus, paratum cor meũ. Psal. 56.
Quæ ea quæ retro sunt obliuiscent, ad anteriora extendi tur. C Audisti communia, audi singularia, ut aliquid distinctionis inter hæc animalia, nec confusa & indifferens sit de utriusq̃ disputatio: in ceruis antiquitatem attende uidendi, & uiuendi acumen in capreis. Ceruí quadam arte naturali à senio se tueri perhibentur, & uergentem in defectum uitam reduuia nouitate ab interitu reuocare, Christus singulariter nõ tam ceruus quàm hinnulus dicitur: qui utitur æterna nouitate, nec habet aliquid uetustatis admistum quod subinde renouatione indigeat. Illic singulariter caprea uidendi priuilegio. Deni- Luc. 10.
que nemo nouit patrem nisi filius, & cui ipse uoluit reuelare. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Ergo & hi quoq̃ quasi capreæ quædam spirituales intelliguntur, qui reuelatos habent mentis oculos in agnitione dei, qui spirituales effecti diiudicant omnia & perscrutantur, qui reuoluta facie gloriam domini contemplantur. Ceruí uerò sunt in eo quòd in eandem imaginem transformantur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu, qui uetere deponentes hominem, nouum induunt eũ qui creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis, qui senescentem deuotionem, & quodam languentem tædio, in nouum de nuo feruorem reducunt, & perseuerantiæ fastidia nesciũt reparatione frequenti. Qui (inquit Esaias) confidunt in Esa. 40.
domino, mutabunt fortitudinem, non quidem ut uetere perdant, sed ut nouam adiiciant. Mutabunt fortitudinem instauratis frequenter incrementis. Mutabunt, inquit, fortitudinem: current non & laborabunt: ambulabunt & nõ Ibidem.
deficient. Mutatio hæc profectuum uidetur innouatio iugis sine defectu, sine fatigatione. Bona quidem fortitudo quæ currens licet cum labore, tamen ad defectum declinare non nouit. Melior planè quæ nec laboris sentit molestias, sed appositarum difficultatum transilit scandala, & uelut in campestri planicie explicitis gressibus utens, iuxta quod scribitur. Cursor leuis explicat uias suas. Hier. 2.
Hoc est quod in præsenti ceruos camporum dicit, quod illis quælibet aspera & ardua quælibet, plana sunt & peruia & inoffensis exposita cursibus quasi planioris æquora campi. Vox domini, uox intimæ inspirationis mentis auribus suauiter illapsa. Ille est utiq̃ quæ ceruos huiusce modi præparat, quæ reuelat condensa. Nam si qua condensa sunt, & crebris scandalorum quasi spinarum aculeis obsita, illis condensa non sunt, quorum dominus perficit pedes quasi ceruorum, qui nullo iniuriarum obice tardari possunt, magis autem complacẽt sibi in tribulationibus, & acceptas habere non norunt iniurias, aut nec respicere penitus ex uehementia desideriũ ad superiora properantis, & intendentis in anteriora. C Omisera hæc tempora nostra, quomodo ab hac regula in contrariũ omnes penè resilimus, etiam quæ pietatis plena sunt specie, ad iniurias interpretamur. Vbiq̃ ferè obicem patimur, & impingimus

impingimus in planis, & lubrica facta sunt in platéis ue- Treñ. 4.
stigia nostra, sicut dicit Hieremias. Omnia nobis obtrusa querimur, siquidem iter pigrorum quasi sepes spinarum. Ad querelarum occasiones gratulamur, ad suspiciones parati, ut (quemadmodum scriptum est) terrere nos uideatur sonitus uolantis folij, & animi molestias manibus & uerbis accersire nitamur. Inde est quòd spiritualium uirorum nimis crebro inquietamur quietem, interrumpimus ocio, & mentis ad superiora intentæ perturbamus soporem, & à gratissimo sponsi auellimus amplexu. Huiusce modi ergo molestias quas uel peruersitas quærit, uel infirmitas pati, à dilecta sua sponsus auertit, filias Herusalem ad spiritualem quandam alacritatem inuitans. Hoc enim sibi uult quòd per capreas & ceruos adiurat, ut spiritualiũad æmulationem prouocentur uirorum, & ab infesta- Canti. 3.
tione importuna dilectæ qescãt. Adiuro uos ne exsuscitetis dilectã donec ipsa uelit. Vtile uobis est, ut dilecta euigilet, sed expectate donec ipsa uelit. Eius expectetur arbitrium, ad cuius curam uestri spectat officium. Tunc uolet, cùm spiritus illam uelle docuerit. Vnctio spiritus docebit illam. Adhæreas enim dilecto, unus cum illo effecta est spi Esai. 61.
ritus. Ideo dicere potest, spiritus domini super me, eo quòd unxerit me, euangelizare misit me. Ergo euãgelizabit uobis, cùm acceperit tempus à spiritu. Interim bibula hauriat quod refundat uberius. Contemplationis gratia compassionem non euacuat sed informat, & mentis excessus temperantem reddit infirmis. D Denique cùm dormit Adam, uitrilis costa in infirmiorem mollescit sexum, & propter socialem copulam de latere uiri formata est mulier, imo in sociam mulierem Adam ipse conuertitur, & conformatione quadam transit in coniugem, ideo dum euigilat charitatis uocem primam emittit, in compari sua se- Gen. 2.
ipsum agnoscens. Hoc nunc os, inquit, de ossibus meis, & caro de carne mea. An non tibi Paulus uidetur uirilem digniratem in humiliorem sexum deflectere, dum dicit se factum infirmis infirmum? Quasi spiritualis Adã Eua efficitur, dum subiectis compatitur apostolica firmitas, & sublimitas uirtutis & scientiæ sobrietate quadam capacitati temperatur infirmorum. Etsi mente excedit deo, sobrius tamen fit alijs. Mentis excessus bonus est sopor, non superbiam inducens, sed sobrietatem docens. Adiuro uos ne exsuscitetis dilectam donec ipsa uelit: et mẽte interim excedit deo, iterum tamen sobria fiet. Si modo dormit, euigilabit rursum, & uina quæ reperit cum temperamento quodam uobis refundat. Ipsa nouit quando diuidat prædam domesticis, & cibaria ancillis. Quomodo non miserebitur filiarum uteri sui, quæ nec ancillas præteriit? Bonæ tamen filiæ ancillas se reputant, & naturalem nesciunt libertatem, dum ueritatis spiritu liberatas se esse recensent. Verè enim liberæ sunt quas liberat ueritas: & ideo aliam libertatem ignorant, quæ per adoptionem liberatas se gaudent. Denique quanto magis est gratuita adoptio, tãto est abiectio deuotior. Eædem ergo ancillæ sunt & filiæ: quia ubi maior est in adoptione dignatio, ibi iustior in subiectione deuotio. Ne suscitetis eam donec ipsa uelit. Ipsa nouit quando diuidat prædam domesticis, & cibaria ancillis. Non est de ista metuendum quod legitur. Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Struthio pennæ speciem habet, caret tamẽ affectu uolandi. Ne scit per mentis excessum uolare: propterea speciem non uisitat suam, sed derelinquit in terra oua sua. Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, bestia conterat. Non nouit in contemplationis soporem assurgere struthio, ideò se compassionis affectu non induit. Ad commodum enim spectat filiarum in mentis excessu dormitio matris, & totum de compẽdio est quòd spiritualis eius somnus protrahitur. Ideo dicit: E Adiuro uos ne exsuscitetis dilectam do-
Canti. 3. nec ipsa uelit. Bona adiuratio per quam & matri parcitur, & profectus quæritur filiarum. Quanto enim liberius uacat & uidet, tanto uberius adolescentulas reuisit. Quanto sublimius suspenditur, tanto condescendit humilius, condescendit utilius. Quid uultis tempora dispensare, quæ sponsus posuit in uoluntate dilectæ? Ne exsuscitetis, inquit, illam donec ipsa uelit. Tunc uolet, cùm ab oculis eius euolauerit uisio dilecti. Lubrica est eius præsentia, & elabitur subito. Ego, inquit, dilecto, & ad me conuersio eius. Quid tam sanctum tentatis commercium ante tempus diuellere? Beata collatio, sed breuis hora. Sufficiat illi breuitas sua, quid illam decurtare uultis? Nihil tam exiguo imminuendum est momento. Fruatur interim libere hora fugaci. Exsuscitare eam uultis & auellere ad uos quam Christus exsuscitat, & in se euigilare facit. Denique etsi dormit ipsa, sed cor eius uigilat in Christo. Petrus, & qui cum ipso erant in monte grauati sunt somno, & euigilantes uiderunt maiestatem Iesu. Bene grauati somno, in quibus humanus reprimebatur sensus. Grauabatur & reprimebatur in ipsis quod erat ex ipsis, utad ea quæ mundi sunt cæci & hebetes, tantum ad cognoscenda quæ dei sunt spiritu euigilarent exsuscitati diuino. Euigilantes, inquit uiderunt maiestatem. Luc. 9.
Bene ergo uigilat qui talia uidet, qui uidet gloriam unigeniti à patre, qui audit arcana uerba quæ nõ licet homini loqui. Non licet ei dici in quo filius dei nondum resurrexit. Videte, inquit, nemini uisionem dixeritis, donec filius hominis à mortuis resurgat. Non potest ei dici uisio Mat. 17.
in quo nondum Christus resurrexit. Denique simile dictũ est Mariæ: Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem. Non licet ei dici qui non est raptus in paradisum in Ioã. 20.
locum deliciarum, in locum de quo Petrus dixit: Bonum est nos hic esse. Bene exsuscitatur qui in hunc cum Paulo rapitur paradisum, qui ascendit cum Petro in montem qui uel una cum Christo potest hora uigilare, quem non homo tãgit, sed exsuscitet & euigilare faciat Christus. Et Petrum ipse tetigit, ideo euigilauit & uidit maiestatem eius. Denique & hæc ipsa dilecta uide qualis exurgat de sponsi amplexu. Quæ est ista inquit, quæ ascendit quasi uirgula fumi. F Sed nos iam hic ascendentem reuocemus sermonem, & capitulum hoc alteri seruemus principio, Canti. 3.
imo illi qui de seipso dicit: Ego principium qui & loquor uobis. Qui utinam nobis sit & sermonis principium, & cordis uerbum, ut quæ locuturi sumus de ipso, prior ipse Ioan. 8.
loquatur in nobis. Loquere domine, loquere mihi, & loquere pro me. Increpa pro me filias, nõ Ierusalem, sed Babylonis, dic ut sedeat & taceat filia Chaldæorum. Deus bone quantæ sunt hodie filiæ Babylonis, quæ nesciunt cantica Sion, propter quas organa nostra suspendimus? Quanti sunt filij Edom, qui nos exinanisunt & exhauriũt lætitia spiritualis? Compescis filias Ierusalem ab infestatione dilectæ. Vtinam mihi domine à filiabus parcas Babylonis. Dispar enim est & satis molestior uexatio malignantium quàm amantium. Sed tamen nescio qua nostri temporis huius miseria ipsi amantes facti sunt malignãtes. Quanta malignatur hodie amicus in sancto? Dixisse debui inimicus, sed dixi quod magis dolet. Ipsi amici facti sunt inimici. Amici professiõe, inimici affectione. Specie amici, sed amicitiæ uirtutem diffitentes. Amicus Absalon, quia filius: sed quanta malignatus est sceleratus in sancto, filius in patre? Absalon in Dauid, Absalõ pax patris dicitur. Bonum planè nomen sed ipse nominis huius uirtutem abnegabat. Affectauit regnum, incestauit cubile. Felix tamen Dauid, cui inter tot filios non nisi unus persecutor erupit. Quem mihi dabis hodie inter magistros, cui non nisi unus Absalon infidietur. An non quasi Absalones sunt quidam qui (sicut scriptum est) pacem prædicant, & mordent dentibus? Affectant locum patris, fœdant cubile, dum prauis suburrijs socios corrumpunt, & subuertunt corda innocentum, in quibus patris spiritus suauiter quiescebat. Imitatione Absalon est, qui magistri & locũ sibi arrogat, & uitæ derogat: pacem prædicat, & mordet dentibus. Malus est morsus derogatio,